Digitized by Google

6
16-G

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
7 I
25

Digitized by Google

Digitized by Google

T 247

C. 3

S. A

O. 8

N. 19

6-16. G. 29

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



Rhabarbarum Verum.

MARCI PAULI VENETI,

Hiſtorici fidelisſimi juxta ac præſtantisſimi,

DE

REGIONIBUS ORIENTALIBUS

LIBRI III.

Cum Codice Manuſcripto Bibliothecæ ELECTORALIS Brandenburgicæ collati, exq; eo adjectis NOTIS plurimùm tum ſuppleti tum illuſtrati.

Accedit, propter cognationem materiæ,

HAITHONI ARMENI HISTORIA ORIENTALIS: quæ & DE TARTARIS inſcribitur;

Itemque

ANDREÆ MULLERI, Greiffenhagii, de CHATAJA, cujus prædictorum Auctorum uterque mentionem facit, DISQUISITIO; inque ipſum Marcum Paulum Venetum PRÆFATIO, & locupletiſsimi INDICES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ BRANDENBURGICÆ,
Ex Officina GEORGII SCHULZII, Typogr. Elect.
ANNO M. DC. LXXI.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo

DOMINO,

DNO. OTTONI

LIBERO BARONI de

SCHVVERIN,

Sereniſſimi ac Potentiſſimi

ELECTORIS BRANDENBURGICI

CONSILIARIO INTIMO,

SUPREMO COLLEGIORUM

ELECTORALIUM PRÆSIDI,

DYNASTÆ LANDSBERGÆ, ZACHANI &c.&c.

CAPITULI BRANDENBURGENSIS PRÆPOSITO'

ELECTORATUS BRANDENBURGICI CAMERARIO

HEREDITARIO, &c.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,

Poſt debitam tanti nominis venerationem.

S. P. D.

Andreas Müllerus,

Præpoſitus Berlinenſis.

Illuſtriſsime Domine Supreme
PRÆSES,
Domine gratioſiſsime,

QUum egregia, ſed malè antehac obſtetricata MARCI PAULI VENETI *de Regionibus Orientalibus Hiſtoria denuo edenda, eq́ue diverſa & antiquiore ejus verſione Latina, quæ in celeberrima Bibliothecâ Electorali hujus loci Manuſcripta extans, à Cl. Viro D. Johanne Vorſtio, Bibliothecario Electorali, monſtrata ac ſuppeditata mihi fuerat, illuſtranda ac locupletanda eſſet; deq́ Mecænate cogitarem, cujus honorē exemplo Antiqui-*

tatis præfarer, nequaquam hærendum mihi erat animo, qui Te habebam. Quis enim eſt, cui ſecundum Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem, in cujus tamen clementiſſimã voluntatem, ipſamque adeò munificentiam ſtudio atque opera tua intromisſus ac receptus ſum, plus debeam? Quod ſi diſſimularem, næ impius forem in ſacroſanctam Gratitudinẽ. Etenim verè ſimul ac acutè Senecã, Philoſophum tantum non Chriſtianum, ſcripſiſſe memini: Quidam furtivè gratias agunt, & in angulo & ad aurem. Non eſt iſta verecundia, ſed inficiandi genus. Ingratus eſt, qui re-

mo-

motis arbitris agit gratias. Idem faciunt, qui dant operam, ut beneficium in ipſos collocatum quàm ignotisſimum ſit. Et dum opinionem clientium timent, graviorem ſubeunt ingratorum. *Iſtud igitur crimen ut ex animo deteſtor, ita commodam antiqui debiti exſolvendi occaſionem hanc dimittere nolui: publiceq́ nunc profiteor, me tuis quam maximè beneficiis & ulterioribus, quas oſtendere ſoles, exſpectationibus permotum eſſe, ut huic quoq́ue Marco Paulo, ſcriptori deſiderato, ſed obſcuro, & qui citra Orientalium Linguarum beneficium vix ac ne vix quidem in-*

telligi poteſt, operam meam addicerem, aliaq́ue nonnulla quæ reipublicæ literariæ proficua eſſe poſſent, ſubſecivis horis, etiam ad fallendas hujus temporis injurias, meditarer: adeôque laborem quidem iſtum meum eſſe; verùm Tibi, cujus gratia & beneficiis etiam ad hæc talia excitatus ſum, ab iis, quibus hæc fortè grata erunt, gratias deberi. De cetero precibus meis DEUM O. M. *amplius venerabor, ut Clementiſſimo ejus Numine feliciter porrò agas.*

ANDR.

ANDREÆ MÜLLERI GREIFFENHAGII, *IN* MARCI PAULI VENETI CHOROGRAPHIAM, *PRÆFATIO.*

CYclopica (ſiquidem *Cyclopis Homerici* eſſet,) vox illa eſſet, quam Poëta in *Ulyſſe* quidem laudat, *Strabo* verò homine Politico indignam judicat. Hæc puta:

Ὦ φίλοι· Οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

Ignoramus, ubi ſol occidat aut oriatur.

Hodieque tamen invenias, qui *locorum orbis terræ cognitionem* valdè nauci faciant, ac parum referre autument, quòd quis nôrit: *Ubi doctæ ſteterint Athenæ, Quibus terminis terra ſancta contineatur, Quoque ſole exerceantur Indi & Æthiopes.* Sunt tamen & alii, qvibus Geographia magni emolumenti eſſe viſa eſt. Ita nempe viſum eſt *Sapientibus*, primorum æquè ac recentiorum temporum. Iiquè vel ipſi peregrinas peragrarunt terras, vel alios exploratũ hâc illâc emiſerunt, vel illorum Obſervationes ſtudiosè collegerunt. In *Ægyptò* quidem Geographiæ ſtudium olim non minùs floruit, quam ipſa Ægyptus. Eratque hæcquoque τῶν ἱερογραμματῶν ſive ſacerdotum ſapientia. *Seſoſtris* verò, Rex gentis, cùm is multum terrarum peragraſſet, Tabulas ipſe deſcripſiſſe dicitur, quas Scythis non minus ac Ægyptiis tradiderit. *Vide Euſtathium in epiſtola, quam Dionyſio præfixit. Apollonius* verò *de Colchis* diſertè ſcribit:

Οἵ δή τοι γραπτὺς πατέρων ἕθεν εἰρύονται
Κύρβιας, οἷς ἐνὶ πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ᾽ ἔασιν
ὑγρῆς τε τραφερῆς τε πέριξ ἐπινεισομένοισιν.

Deſcriptas ſervant tabulas, quas ordine longo
Transmiſere patres. His index certa viarum,
Æqvoris & terræ totius habetur Imago.

Romani quoque ſub *Julio Cæſare* quaquaverſum Geometras ablegabant, qui quorumlibet locorum conditiones obſervarent, & in tabulas referrent. Mittebantur tum ad *Orientem Zenodoxus*, ad *Meridiem Polycletus*, ad *Septentrionem Theodorus*. Vacabant verò *expeditioni* huic Geographicæ, *Zenodorus* quidem annos XXI; *Polycletus* annos XXXII. & inſuper; *Theodorus* poſt annos demũ XXIX. Menſesq; XI. ac dies X. revertebatur. Hinc *Marci Agrippæ* Mappa parietaria. *Vid. Æthic. Coſmograph. Pomp. Mela 1.* Similiter *Scylacem Darius Hyſtaſpis*, ut ignotas *Africæ* terras exploraret, *Herodoto* Autore, ablegavit. Præterea nulla non gens ſubinde aliquos habuit, qui terrarum *ſitum* & *qualitatem* quomodocunq; deſcriberent. Illi quidem *Mathematicè*; Hi autem *Hiſtoricè*. Nam utroq; modo Geographia tractari ſolet. Quanquam hodierna tota ferè *Hiſtorica* eſt. Etiam, ubi *Longitudines latitudinesq; locorum* enarrantur. Quotus enim quiſque ſcriptorum eſt, qui eas omnes exploraverit, aut explorare poſſit? Ad primam itaq; claſſem TABULÆ MAPPÆQVE referendæ ſunt; ad poſtremam ITINERARIA & GEOGRAPHICI, qvos vocant, LIBRI. Atque utinam etiamnum extarent, quæ utrinq; in quâvis gente quoq; tempore prodita ſunt! Facerent enim ad luculentiorem *Antiquitatis* notitiam, intellectumq; *Monumentorum librariorum*, quæ hòc illô ævô ſcribebantur. Nunc verò quamplurima habemus locorum *nomina*, quæ, ut abolita ſunt, ita neſciuntur, quò referenda ſint, quando *Migrationes* & *bella* Gentium ob oculos, quod Mapparum

Geo-

Geographicarum beneficiò fit, ponenda ſunt. Scilicet hæc temporis injuria eſt, quòd optimorum Autorum quamplures perierint. Quid enim eſt, quod ex antiquitate ſupereſt in re Geographicâ? *Ptolemæi* fortè TABULÆ, ſed corruptiſſimæ; aut *Abulfedæ, Naſſirodini, Ulugbeigis*, & aliæ quædam, ſed paucis in Europâ viſæ, nec integrè proſtantes. *Itineraria* deinde Scylacis Caryandenſis, *Hannonis Carthaginienſis, Antonini Burdegalenſe*, ſed valdè inepta; aut *Nubienſe*. Sed valdè depravatum; tandemq; Hiſtoriæ Geographicæ *Strabonis, Plinii, Solini, Melæ* & aliquot aliorum. Quibus *Periplum Arriani* & *Marciani Heracleotæ* annumerare licet. Reliquis ægrè caremus. Quorum Autores magnô ſcilicet numerô *Strabo, Abulfeda* & alii laudant. Intereà tamen non delectationi tantùm inſervit, ſed & apprimè utile eſt, qualecunq; etiam nunc haberi poteſt, *ſtudium Geographicum*. Quod impensè laudare poſſem, ſiquidem id nunc agerem. Facit hoc *Strabo* bellorum causâ. Facit *Ariſtoteles* Reip. nomine. Alii aliò. Ego verò impræſentiarum *Eruditionis* nomine nunc quidem commendandam putarim Geographiam, quodq; citrà eam multa *ſacræ profanæq; ſcripturæ* monumenta vix aut ne vix intelligamus. Non pauca ſanè Sancti Spiritus oracula ſunt, quæ vel δυσνοητα ſunt, vel perperam expoſita ſunt & exponuntur, quòd *Geographia ſacra* nondum ſatis rectè tractata ſit. *Bochartina* enim *Archaeologia* aut *Philologia* potius eſt, quàm *Geographia*; Et *Particula* quædam, quàm *Opus*, quod *Geographia Biblica* requirebat. Attamen placet, quod Autor ejus circà finem præfationis illius ſcribit: *Quod ajunt*, ait, *noſtrâ nil referre quam mundi partem inſederint Chuſæi aut Jectanæi, vox eſt belluæ non hominis, nedum Chriſtiani aut viri docti. Hæc aſinina ſunt axiomata, per quæ retroactis ſæculis periit ſenſus bonarum rerum, & barbaries in mundum invecta eſt, & æternam timuerunt ſecula noctem. Noſtrane igitur nihil refert ut ſacræ hiſtoriæ & Prophetarum oracula intelligantur? Hæc autem quis intelliget, dum ignorantur populi quibus hoc vel illud eveniſſe narratur, aut eventurum prædici-*

dicitur? Certe Dei verbo quoad nos non conſtabit ſua veritas, ſi de Æthiopibus id accipias quod refertur de Saracenis. Nec poterit ſacra hiſtoria cum exotica conferri, nec eventus cum prædictione. Et Scriptura interpres in devia feretur, ut qui de cepis reſpondent de alliis interrogati. Ac ſi quis in Cæſare Gallorum nomen ad Sarmatas referat, aut Britannorum ad Garamantes. Cujusmodi errores cum nemo ferat in Cæſaris interprete, cur his nihilo leviores patienter præteribimus in tractatore Scripturæ? Maximè ſi tales ſunt ut ea ſacris ſcriptoribus affingant quæ ridicula ſint aut ἀσύςατα. Quales nonnulli occurrunt, ex quibus profani homines anſam arripuerunt multa in prophetas deblaterandi, ac ſi Geographiæ tam ſe prodant imperitos quam aut Æſchilus aliquis, aut Antonius Diogenes, aut ſcriptores Argonauticôn. Quæ à me fruſtra non dici arguet hic ipſe liber, in quò hujusmodi maculas à ſcriptoribus θεοπνεύςοις abſtergere conati ſumus; Et tractare Geographica ut Theologum decuit, Ad Dei gloriam omnia referentes, & ſcripturæ illuſtrationem, cui non Arabes modò & Ebræos, ſed & Romanos & Græcos ſcriptores mirum in modum concinere toto opere paſſim docemus. Atq; eò fine cùm res poſtulat eorum teſtimonia congerere non dedignamur. Non quod talibus ſuffragiis Dei verbum in ſe fiat firmius, ſed ut infirmitati hominum conſulatur, & revincantur athei, qui nihil habent quod regerant, cum quæ in Scripturis noſtris ſunt maximè paradoxa in eorum ſcriptis legunt in quorum verba jurarunt. Sic ille. Quod ſi ergò Mappæ ſacræ, quas vel ipſe vel alii ediderunt, per omnia ſeſe rectè haberent, næ magna lux accederet Hiſtoriæ ſacræ. Συγγνώμη δὲ πρωτοπείρῳ. Idem de Profanis habendum eſt ſcriptoribus. Quorum ſcil. Hiſtorias de *Expeditionibus*, exempli gratiâ *Cyri*, *Alexandri*, *Tamerlanis*, longè jucundius & majori cum fructu leges, ſi *locorum ſitus* & nova non minus quàm vetera nôris *nomina*. Huc facerent Veterum *libelli Geographici*, *Tabulæ* ac *Itineraria*. Ideoq; ſtudioſè aſſervanda erant, reverenterque tractanda. Sed quibus fatis plerumque obnoxia ſint, id vel unius MARCI PAULI VENETI *Chorographia* docere poteſt.

Eſt

Eſt is liber *utiliſſimus*, ſed & vulgò *neglectiſſimus* adeoque *defœdatiſſimus*. *Utiliſſimus* eſt, quòd autor *tot terras terrarumq́, memorabilia*, (*Eccleſiæ* videlicet amplitudinem, ſectarumque varia receptacula, gentium ritus, regnorum ſtatum, hominum mores, differentesq; linguas, animalium naturas, terrarum proprietates, mineralium matrices, locorum ſitus, fluviorum conditiones & ſimilia, nervosè ſimul ac fideliter iſthic conſignaverit,) quòdque ſolus ille *Extremum* nobis *Orientem*, *extremumq́, Septentrionem* ita copiosè deſcripſerit. Adeò, ut *Mappæ*, quibus iſtæ terræ delineatæ ſunt, ferè totæ è libro hoc concinnatæ ſint. Quæ enim de iis à vicinis utriusq; plagæ gentibus, *Arabibus* nempè, *Perſis*, *Indis*, *Turcis*, *Tartaris*, *Sinenſibus* ſcripta ſunt, Europæis ignota erant, veluti maximam partem adhuc ſunt. Quot verò Europæorum novimus, qui ante *Navigationes* recentius inſtitutas in *Tartariam Sinamq́,* penetraverint, Obſervataque ſua publici juris fecerint? Novimus *Odoricum de Foro Julio*. Novimus *Johannem Carpinum*. *Guilielmum* item de *Rubruquis*, *Haythonem Armenum*, *Nicolaum de Comitibus*, *Benjaminem Judæum Tudelenſem*. Quorum libelli lectu quidem digni, huîc tamen longè poſtponendi ſunt. Parum enim illorum ſcriptis continetur quod ad *perfectionem Geographiæ* faciat, cujus hîc ampliſſima Seges eſt. Ac ea potiſſima cauſa fuit, quare *libros* ejus *denuò edendos* ac *Commentariis illuſtrandos*, *novaq́, Mappa Geographica ornandos* ſuſcipiebam. Cujus operis ubi prior pars in publicum exit, nonnulla de *Autore* ejusq; *libris*, ut & *Commentariis*, quos paro, præmittenda ſunt.

I. AUTOR.

Autor ergò MARCUS PAULUS VENETUS eſt.

Ejusq́, a. Ætas.

Qui, quô tempore vixerit, ipſe ſatis ſuperque indicat. Videſis *Indicem chronographicum* & paulò pôſt *Iter Autoris*.

b. *Patria*.

Ei VENETI quidem nomen *Patrium* erat. Sicq; dici amavit,

quòd *Venetus* oriundus eſſet, urbe & Republicâ florentiſſimâ, cujusque cives tunc & ante toto orbe cognitô *commerciis* vacabant, ad *Orientem* maximè.

c. *Nomen.*

Sed PAULI nomen *Gentile* illi erat, ut ex Patris Patruique nominibus liquet. Sunt qui *Polum* & *Marcum Polum* & *Marcopolum* appellent. Et hoc inde, quòd *Pauli* nomen ſub literis All ab Italis pro ratione legendi ipſis uſitatâ non aliter enunciatur. Aliàs verò *Paolo* ſcribere ſolent. Ego *Paulinum* nonnunquam voco, quia *nomen* hoc eſt, non *prænomen*. Idem Paulus hic pòſt & MILLIONIUS à nonnullis appellari cœpit, quòd Tartaricas divitias, per *Milliones*, quod eſt, *myriades* ſupputaret. *v. Teſtim. XXII.*

d. *Conditio.*

Sed vehementer errant, qui *Marcum Paulum Venetum* & *Paulum Venetum Eremitam* pro eôdem habent, quòd *Paulus Venetus* uterque dici ſoleret. *v. Spizel, inter Teſtimonia, quæ ſequuntur. Hic* enim longè poſterior vixit. Circà annum puta 1420. à nato Chriſto. Fuit autem *Philoſophus* ſuo tempore inſignis, cujus multa extant opuſcula. Erat & ex ordine Eremitarum Auguſtinienſium. vid. Jac. Bergom. Poſſevin. Trithem. Deq; ſcriptis ejus *Geſneri Bibliothecam* & *Tomaſini Bibliothecas Patavinas.* Neque reverà Venetus erat. Namq; *Utini* natus erat. Venetus vero dictus, quòd Venetiis educatus eſſet. *Noſter* verò ab ipsâ Juventute *peregrinationibus*, *mercaturæ* ac *aulæ* operam dedit, ut ex *Indice* conſtare poteſt.

e. *Iter.*

Anno ergò Dominicæ Incarnationis 1272. unà cum patre & patruo in Tartariam abiit, ibique multo tempore *Cublæ*, potentiſſimo ejus temporis Monarchæ, à miniſteriis fuit. Per hanc occaſionem, veluti *alter Ulyſſes* aut *Æneas* aliquis,

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω,

Mul-

Multum ille & terris multum jactatus & alto.

Ad extremum enim *Orientem* & *Septentrionem* pertigit. Iterumq; remotiſſimas ad *Auſtrum* Inſulas viſit. *Quibus Viis*, non ſatis liquet. Neque enim tàm itinera ſua, (quod capite ſexto, nono & decimo libri primi ſtrictiſſimè facit,) deſcribit, quàm *diſtantias, ſitus & conditiones locorum. v. Teſtimon: III.* Ac mirum eſt, cur famoſi illius *Muri Sinici*, ſiquidem eâ ætate fuerit, ne verbulo meminerit, qui ſtudioſiſſimè talia annotavit. Scribitque Athanaſius Kircherus, vehementer ſe mirari, quòd Paulus Venetus id non fecerit, cum neceſſariò *murum* illum tranſire debuerit, cum Sinas introiſſet. Sed *Forſan*, inquit, *ad Oceanum orientalem, ad quem ſe perveniſſe ſcribit, per Aquilonaria regna longè lateq; divagatus per Coreanum ſinum maritimo itinere intrà Catajum, id eſt, Chinam perveniſſe vero haud abſimile eſt.* Ita ille *Chin. Illuſtr. p.92. a.* *Martinius* contrà, inde, quòd *Venetus* muri non meminit, ipſum non à Septentrione, ſed ab Auſtro in Sinas perveniſſe, jam ante contenderat. *Non temerè auſim*, inquit, *aſſerere, Marcū Paulum Venetū etiam per Auſtrales provincias Sinam primùm penetrâſſe, non per Boreales, quod tum ex ſcriptis illius demonſtro, tùm quod nullam magni illius muri faciat mentionem, non ex eô, ut quidem rentur, quod tùm murus ille à Tartaris eſſet dejectus, quod falſum eſſe, & ipſa experientia oculis teſtatiſſima & omnes Sinarum convincunt Hiſtoriæ, ſed quòd eò usq; M. Paulus non pertigerit.* Ita ille *Atlantis* p.74. b. Idem ejusdem libri p.117. a. 119. b. Venetum cum Tartaricô *Ivenæ* familiæ exercitu Sinas penetraſſe ſcribit; Tartaros verò cum terras *Mien, Junchang*, (vel *Junnan*) aliaque Indiæ extrà Gangem regna deviciſſent, per *Queicheu* & *Suchuenam* orientalem, *Tibeticas* & *Prete Joannis* terras, ac demum *Tanyu* regnum ingreſſos eſſe; eoque occupato per *Xenſi* occidentalem in *Catajum*, hoc eſt, *Sinas* rediiſſe; tandemq, expulſis è Catajo Tartaris orientalibus, *Mangin* quoq; occupâſſe. *Quæ res*, inquit, *ad Marci Pauli Veneti intellectionem primaria eſt, ac prorſus neceſſaria, ut illius ſcripta legentibus facilè patebit.* Jamq; de

de *Tartarorum irruptione* ac *viâ* res extrà dubium eſt. Suntque illius veſtigia munimenta illa & civitates, quæ *Ivena*, ſeu Gingiſchanidæ, in provincia *Queicheu* condiderunt, veluti ſunt *Pugan*, in ipsò aditu, *Chinyven*, *Xecien*, *Tunggin*, *Tanki*, *Junguing*, *Puting*, aliaque plura. Fuit & Marcus unà cum patre & patruo in ipsò Exercitu Tartarico, cum *Sianfu*, *Mangi* Civitas, deditione caperetur. Anno nempe tertio vel quarto poſt captam Regiam *Quinſai*, ſubjugatumque univerſum *Mangium*. *Mangium* verò anno Domini 1628. (quò ipsò *Ciamba* Cublæ tributaria facta eſt,) oppugnari cœptum eſt ejusdem Cublæ auſpiciis. *v. Aut. libr. II. c. 54. 58.* Anno nempe quinto poſtquam Sinam borealem, quam quidam Chatajam vocant, occupâſſet. *Naſiroddinus* enim diſertè tradit, *Gingiſchanidarum Imperium Chatajum omninò ſtabilitum eſſe anno Quei bai 9680. Venni 8864mi*, hoc eſt, anno Domini 1263. Sed *Mangium* & ipſa urbs *Sianfu* ſerius Tartaris ſubjecta eſt. Nam Venetus circà annum demum 1275. in Sinam penetravit. Anno verò 1279. tota Mangium expugnata eſt. Quanquam Joſ. Scaliger conſummatæ huic expeditioni annum Domini 1287. è Conſalvo Mendoza tribuit. *v. Horn. Orig. Amer. 255. & Orb. Imp. p. 308.* Sed nihilominus miror, quòd *Muri*, quem dixi, Autor omninò non meminerit, qui terras ſuprà infraq; eum abundè deſcribit. Nec auſim aſſerere, iſtum poſt Veneti demum tempora conditum eſſe. Siquidem *Ibneſaid*, quem Abulfeda laudat, illius diſertè meminit. *Abulfeda* verò, quem *Ibneſaid* anteceſſit, anno quinquageſimo poſt Venetum floruit. *vid. Diſſ. de Chataja p. 15. 32. b.*

II. LIBER.

Ceterum cùm Venetus anno Domini 1295. Venetias rediiſſet, hanc, quam dico, Hiſtoriam concinnavit poſterisq; relinquendam cenſuit.

a. Lingua Originalis.

Ut autem *Venetus* erat, ita *Italicè* opuſculum hoc ſcripſit, ut ex Præfationibus ambarum verſionum Latinarum liquet. Quod

an

an idem illud ſit, quod ſub titulò *Del Viagg. di Meſſer Marco Polo Gentilbuomo Veneziano* Joannes Baptiſta Ramuſius *nel ſecondo volume della navigationi & viaggi da eſſo raccolti* Venetiis anno Chriſti 1553. edidit, equidem judicare non habeo. Hoc ſcio, quòd ferè omnia, quæ ibi leguntur, *Veneti* ſint, pauca adventitia. Sed *Athanaſius Kircherus*, cum textum aliquem de *Japonia* è *Ramuſii* Editione citâſſet: *Hæc ad verbum*, inquit, *ex Marco Paulo Veneto deſumta videntur. Oedip. Æg. Tom. I p. 400. & Chin. Illuſt. p. 143. a. Purchaſius* etiam Italicam, quam dixi, editionem *Verſionem* vocat. Et ſunt, quibus Venetus non *Italicè*, ſed *Latinè* ſcripſiſſe videtur. Hi ſcilicet ſcribunt: *Marcum Genuæ, in diutino carcere detentum, libellum hunc conſcripſiſſe, eumq; paulò poſt à Genuate quodam Italicè verſum; verſionem verò Italicam de novò Latinè redditam eſſe ab aliquo Franciſcano, eamq; nunc Originalis textus vicem ſupplere.* Jamque de *carcere*, in quem autor dejectus ſit, nihil, mihi quidem, conſtat. Fortè belli *Genuenſis*, quod *Veneti* ſub reditum ejus ex Oriente gerebant, occaſione captivi ſortem incurrit, qui inter Tartaros in honore vixerat (*v. 2. Macc. IV. 47.*) De cetero libentius fecerim cum iis, qui Paulum Italicè ſcripſiſſe perhibent. Et ſuadet hoc imprimis *Franciſci Pipini*, Monachi Dominicani, *teſtimonium*, quippe qui Autoris coætaneus erat, & maturè, ac primus, Veneti librum tranſtulit.

b. *Verſiones.* 1. *Latina.* a. *Bononienſis.*

Teſtatur autem, ſeſe illum è *vulgari* Italorum Linguâ *Latinè* reddidiſſe de voluntate Ordinis ſui. Id *Bononiæ* factum eſſe puto. Hæc ergò prima verſio erat, ſed nunquam typis publicis edita. *Manuſcripta* tamen alicubi extat. *Patavii* nempe, in Bibliotheca Canonicorum Lateranenſium S. Joannis in viridario. Teſtis *Jac. Phil. Tomaſinus* in libro de *Manuſcriptis Bibliothecarum Patavinarum* tàm privatarum, quam publicarum, qui *Utini* anno 1639 editus eſt. Extat item *Coloniæ* hic *Brandenburgicæ* in Sereniſſimi ac Potentiſſ. ELECTORIS BRANDENBURGICI, Domini mei clemen-

tiſſimi Bibliothecà. Quam eandem eſſe, quæ Patavii aſſervatur, auſpicalia ac finalia libri verba, quæ Tomaſinus refert, & Electorali Manuſcripto exactè reſpondent, planè docent.

b. *Baſileenſis.*

Sed præter hanc alia Verſio in *Germaniâ* ſuſcepta eſt, prodiitq; ſeorſim primùm. Pòſt *Novi orbis*, quem vocant, *Operi* inſerta eſt. Quod opus *Baſileæ Joannis Huttichii* ſtudio, *Simonis* verò *Grynæi* conſilio, & *Joannis Herwagii* impenſis editum eſt. Hæc editio aliquoties repetita eſt eôdem locô. Poſt & *Helmſtadii* anno 1585. à *Reinero Reineccio* editus eſt Autor noſter unà cum quibusdam aliis.

2. *Germanica.*

Et vix prodierat *Novi Orbis* Opus, cum ecce totum opus *Germanicè* redderetur à *Michaële Herrio* quôdam, ſicq; *Argentorati* Anno Domini 1534. typis ederetur.

Hieronymus Megiſerus verò ex *Italicô*, quem *Ramuſius* ediderat, *textu Chorographiam Tartariæ* fecit, ediditque *Lipſiæ* anno 1611.

3. *Luſitanica.*

Sed Germanorum ſtudia præceſſerat *Luſitanica* librorum Veneti *verſio*. Cum enim Luſitani ſub *Henrico* varias Atlantici maris inſulas detexiſſent; *Vaſco Gama* verò *Emanuelis* Regis Luſitanici auſpiciis *Bonæ ſpei Promontorium*, quod priores ſub *Johanne* II. Emanuelis anteceſſore Exploratores *Tormentoſum* vocaverant, ſuperâſſet, viamq; in *Indiam Orientalem* inveniſſet, neglecta ante Itineraria eorum, qui de illis terris retuliſſent, conquiſita ſunt à nonnemine Eleonoræ, Emanuelis uxoris, aulico. Idemque *Ulisſipone* Anno 1502. trium de his rebus Autorum ſcripta Luſitanicè edidit. Unum *Pauli Veneti* eſt. Alterum *Nicolai Veneti*. Hic circa annum 1400. per XXV. annos in Oriente vixerat. Ejus iter verò *Poggius*, Papæ Secretarius, Latinè ex ore ipſius conſignaverat. Hic eſt quem Ortelius *Nicolaum de Comitibus*, alii *Nicolaum de Conti* vocant. Tertium Epiſtola eſt, quam *Hierony-*

mus

mus de S. Stephano, Genuenſis, Tripoli Syriæ anno 1499. ad amicum Germanum ſcripſerat. Itaq; *Pauli* quoque *Veneti* libri in *ſubſidium Navigationis Indicæ* requiſiti ſunt & editi. Quod nec mirum. Nam & *Chriſtophorus Columbus* ejuſdem Veneti fide ignotas quæſiit terras, ut in *Commentario* ſub voce *Zipangri* dicam.

4. *Belgica.*

Poſtremùm in Belgicam horum librorum verſionem hàc ipſâ horâ, quâ hoc ſcribo, incidi. Ejus autor J. H. *Glazemakerus* eſt, qui *Alcoranum* quoque è Gallicô Belgicum fecit. Videturq; *Occaſione Atlantis Sinici*, ubi nonnulla Veneti loca, quæ Glazemakerus editioni ſuæ præmittit, explicantur, verſionem hanc adornâſſe. Edita eſt *Amſtelodami* anno 1664. Autor v. *editionem Reineccianam* (alicubi vitioſam) ſequitur, Ejuſque *marginalia* unà tranſtulit.

5. *Verſionum Diſcrepantia.*

Sed cum libri hi primis adeò temporibus inter fabuloſos vulgò referrentur, ſicq; negligerentur, facilè factum eſt, ut variè contaminarentur à Librariis. Idque non circà barbara terrarum gentiumque nomina tantùm, ſed & circa Hiſtoriam ipſam; ſic, ut quædam *addita*, quædam *extruſa* videantur, quædam etiam *planè immutata* ſint, Dabo unum atque alterum ſpecimen per collationem vel trium tantùm Editionum:

E libro primo.

1. *Latina MSta Brandenburgica.*	2. Italicæ Ramuſianæ,	3. *Latina Baſileenſis.*
Liber Dni Marci Pauli de Venetiis de Conditionib. & conſuetudinibus Orientalium Regionum.	*Dei Viaggi di Meſſer Marco Polo Gentilhuomo Veneziano.*	MARCI PAULI VENETI DE REGIONIBUS ORIENTALIBUS
Primum capitulum.	Lib. I.	*Lib. I.*
Qualiter & quare Dnus Nicolaus Pauli de Venetiis & Dnus * *Marcus* tranſierunt ad partes Orientales.		Quomodo Nicolaus Paulus & Matthæus Paulus, fratres, in Orientem conceſſerint.
		CAP. I.

 Tem-

Tempore, quo Balduinus ſceptrum Conſtantinopolis Imperii gubernabat, Anno ab Incarnatione Dn. M. CCLII. Nobiles & honorabiles prudenteſq; germani inclitæ civitatis Venetiarum incolæ navem propriam diverſis opibus & mercimoniis oneratam communi concordia in portu Venetiarum condeſcendentes proſpero vento flante Duce DEO Conſtantinopolim perrexerunt. Horum major natu vocabatur Nicolaus, alter verò Matthæus. Cumque in Conſtantinopoli urbe brevi ibi tempore fuiſſent feliciter expediti, navigantes inde **profecti* amplioris gratia perveniunt ad portum Civitatis Armeniæ, quæ dicitur Soldadia.

* *leg.* Matthæus.

* *leg.* protectionis.

Douete dunque ſapere che nel tempo di Baldnino Imperatore di Conſtantinopoli doue allora ſoleua ſtare un Podeſta di Venezia per nome di Meſſer lo Doze correndo gli anni del N. S. MCCL. Meſſer Niccolo Padre di Marco & Meſſer Maſſio Polo fratello di detto Meſſer Niccolo nobili honorati ~~cheoi~~ di Venezia travandoſi in Conſtantinopoli con molte loro grandi mercantie bebbero inſieme molti ragionamenti & finalmente deliberorno andar nel Mar maggiore per vedere ſe poteſſero accreſcere il lor capitale & comprare molte belliſſime gioie & di gran piezzo, partendoſi di Conſtantinopoli navigorno per il detto Mar Maggiore ad un Porto detto Soldadia.

Balduino principe inclyto regni Conſtantinopolitani ſceptra tenente, anno ſcilicet ab incarnatione Domini M. CC. LXIX. duo Viri nobiles & prudentes de clariſſima Paulina familia nati, cives Veneti, navem variis onerantes mercibus communi conſenſu Venetiis ſolventes, proſpero vento & Deo ducatum felicem præſtante, ſulcarunt mare mediterraneum, & per anguſtas Boſphori fauces contendentes, Conſtantinopolim pervenerunt. Ubi cum paucis quieviſſent diebus, iterum velis ventum dantes trajecerunt Pontum Euxinum, appuleruntque ad portum civitatis Armeniæ, quæ Soldadia appellatur.

E libreſecundi cap. 64 de Lacu Quinſayenſi.

1. Brandenb.

Verſus meridiem eſt in illa civitate lacus magnus, qui triginta milliaria in gyro continet.

2. Ital.

Et è ſituata in queſto modo, che hà da una banda un lago di acqua dolce, qual è chiariſſimo, è dal l' altra un a. ſiume groſſisſimo.

3. Baſil.

Verſus meridiem eſt lacus magnus intra mœnia urbis, qui triginta milliaria in circuitu ſuo continet.

Seqvitur

...quitur immediatè.

...hoc circ... ſupra la- ...ſunt multa palatia & ...tæ domus nobilium ...gnæ, & interius & exte- ...ſunt mirabiliter ordi- ...æ. Sunt & ibi Eccleſiæ ...lorum.

...equitur immediatè.

...n medio lacus illius duæ ...rvæ inſulæ ſunt, & in ...ualibet ipſarum eſt pala- ...um pulcrum & nobile ...Idè. Ibi ſunt omnia præ- ...ramenta & vaſa pro nu- ...tiis neceſſaria vel ſole- ...ni convivio.

Paulo post.

D' intorno à queſto lago vi ſono fabricati belliſſimi edificii è gran palagi dentro, è di fuori mirabimente adorni, che ſono di gentil huomini, e gran maeſtri. Viſono anco molti tempii de gl' Idoli, con li loro monaſterii, dove ſtanno gran numero di monachi che gli ſerveno; ſono ancor in mezzo di queſto lago due Iſole, ſopra ciaſcuna delle quali vi è fabricato un palagio con tante camere, e loggie

Sequitur immediatè.

Habens in litore plurimas domos nobilium, foris & intus ornatas.

Sequitur immediatè.

Sunt quoque ibi delubra idolorum.

Sequitur immediatè.

In medio verò lacus ſunt duæ parvæ inſulæ & in qualibet eſt elegantiſſimum caſtrum ſeu palatium, in quibus continentur præparamenta & vaſa quæque neceſſaria pro nuptiis & ſolemnibus conviviis.

b. *paulo poſt.*

Oltre di queſto ſi ritrovano in detto lago legni, overo barche in gran numero, grandi, e picciole per andare à ſolazzo, e darzi piacere.

paulo poſt.

Et veramente l' andare per queſto lago dà maggiore Conſolatione & ſolazzo, che alcun' altra coſa che haverſi poſſa in terra perche giace da un lato à longo della città, di modo che da lontano ſtando in dette barche ſi veda tutta la grandezza & bellezza di quella.

a. *Hujus fluminis longè poſt mentio fit in Cod. Brand. & Baſil. Meminerunt & alius Lacus*, qui Palatii Facfurinii muris continebatur

b. Hoc & quod ſequitur in Codd. Brandenb. & Baſil. non habetur.

E libri tertii capite ſeptimo.

1. Brandenburg.

In hac Inſula Zipangu & in regionibus illis idola multa ſunt caput bovis habentia: quædam verò arietis ſive canis aut aliorum animalium diverſorum. & quædam idola ibi ſunt quatuor facies habentia in capite uno: alia etiam ſunt quæ tria capita habent, unum ſupra collum & alia ſupra humeros hinc & inde. quædam autem quatuor manus habent, quædam decem, & quædam centum, *alia ducenta & ultra*. Id a, idolum quod plures manus habuerit amplioris putatur eſſe *virtutis*. Cum autem ab incolis Zipangu horum ratio vel cauſa quæritur, nihil aliud reſpondere ſciunt, niſi quia ſic eſt à Patribus ipſorum creditum, & talem ab eis Traditionem habent, quam volunt imitari & credere, quod imitati ſunt patres eorum.

2. Ital.

In queſte Iſole & in altre vicine tutti loro idoli ſono fatti diverſamente perche alcuni hanno teſte di Bovi, altri di Porci, altri di Cani e di Becchi e d' diverſe altre maniere & vene ſono alcuni, ch' hanno un capo e duo i volti, altri trè capi, Cioè uno vel luogo debito, & altri due ſopra cada una delle ſpalle altri c' hanno quattro mani, alcuni dieci, & altri cento; quelli che ne hanno più, ſi tiene che habbino più virtù & à quelli fanno maggior riverentia, & quando i Chriſtiani gli dimandano, perche fanno gli ſuoi idoli coſi diverſi, riſpondono, Coſi noſtri padri & predeceſſori gl' hanno laſciati.

3. Baſileenſis

Colunt viri Zipangrii varia idola, quorum quædam habent caput bovis, & quædam caput porci, & quædam caput canis atq; aliorum diverſorum animalium. Sunt etiam quæ habent quatuor facies in uno capite: alia tria capita unum ſuper collum, & duo alia ſuper utrumque humerum. Sunt rurſus quædam quæ quatuor habent manus, alia viginti, & alia centum. Et quod plures habuerit manus, majoris putatur *veritatis*. Et quum incolæ interrogantur, unde hanc habeant traditionem, reſpondere ſolent, ſe patres ſuos in hoc imitari, nec aliud credere debere quam quod ab illis acceperunt.

Hæc hactenus. Quibus addo: Etiam *capitum numeros* haut per omnia eosdem eſſe, ſi *Ramuſianum* cum *Baſileenſi* & *Brandenburgico* Codice conferas. Imò integra *duo capita* in recentiori *Germanicâ* verſione addita ſunt, quæ in ceteris editionibus non reperias.

4. Alle-

4. *Allegata è Veneti libris, quæ ibi non leguntur.*

Sed magis mirum eſt, quòd nonnulla à recentioribus Scriptoribus è Veneti libris citata leguntur, quæ in editionibus noſtris non leguntur.

a. *Baſileenſis* enim editionis autor tradit, Venetum in quodam loco ſubindicâſſe, *quòd Latinè ſciviſſet.* Id nullibi invenio. Meminit quidem Patris Patruique ſub nomine *Latinorum* (I, 4.) ſed quis inde firmiter colligat, eos *Latinè* ſciviſſe? Maximè, cum Europæi in Oriente etiam tunc & *Latini* & *Franci* dicerentur, etſi aliqui Germani, Poloni, Luſitani eſſent. *vid. Diſſ. de Chatajà.* Neq; *Latinorum* vocabulum extat in codice Brandenburgico. Ut veriſimile ſit, in textu id non fuiſſe. De ipſius *Marci Latinitate* nihil hìc lego.

b. Eſt qui *Paulo Veneto* tribuat, ipſum urbem *Quinſay* in *Anian* poſuiſſe. Et quis hoc credat, qui vel ſecundi libri c. 64. legerit?

c. *Martinius* quoque, diligentiſſimus Autoris noſtri lector, *Hiſtoriæ Sinenſis Dec. 1. libro octavò p. 317.* hæc habet: *Catai terram nigram ſignificat, &, ut M. P. Venetus ſcribit, ita deſertum vocatur, quia Catay regni populis eſt habitatum.* Loquitur de *Deſertò extra Murum Sinicum.* Quod ubi Catay Venetus vocet, non memini me legere. Imò ipſe *Martinius* mox ſubjicit: *Catayum a. Sinicum Imperium eſſe luce meridianâ clarius in noſtro Atlante oſtendimus.* An volebat dicere (ut ex præcedentib. colligi poſſit) deſertum illud *Caro Catay* dictum eſſe, quod eò quidam è Catai ſeu Sinis migrâſſent? Sed vocem Carocatay multò minus in Veneto invenias. *v. Diſſ. de Chataj. p. 2. b. fin. 3. a. fin.*

d Idem hic *Martinius* Marcum Paulum explicare ac vindicare ſatagit, circa ea, quæ de lacu *Chin* pueroque in eò ſervatò ſcripſerit. *vid. Teſtimon. XVII. numer. 3.* Sed nec hujus Veneti editiones noſtræ meminerunt. Eandem tamen Hiſtoriam alii habent. Ex quibus, diverſè tamen, *Maginus* eam refert, hunc in modum: *Scribit quidam in Sancti* (Martin: *Junnan*) *provincia lacum eſſe rotundum*

dum ex inundatione anno 1557. factum, in quo ſubmerſæ ſunt civitates ſeptem præter oppidula & pagos & mortalium ingentem numerũ, unô tantùm puero in truncô arboris (Mart. *ſuprà ligna vecto,*) *ſervato.*

c. Sed & *Joſephus Scaliger* integrum verborum textum de *Dodecaëteride Tartarica* è Pauli Veneti libris, & è XXV. quidem capite libri ſecundi, citavit in de *Emendatione temporum. Vid. Teſtim. X.* ſed eô locô nihil hujus invenies. Et nec ordo hiſtoriæ nec titulus capitis hoc ſuadet. Sed nec alibi hoc invenias (ſi fortè in numeris errâſſet Scaliger, veluti ejusdem operis libro VII. p. 338. librum ſecundum autoris laudat, ubi tertium deſignare volebat.)

5. Codex MStus Brandenburg.

Ceterum de *Codice* quoque, quem in Electorali Bibliothecâ aſſervari dictum eſt, nonnihil addendum eſt. Eſt is in *membranâ* deſcriptus, & ut videtur in *Galliâ*. Eſt enim in eodem volumine præter tres aut quatuor Latinos, etiam *Gallicus* liber compactus eâdem, quâ ceteri manu ſcriptus. Scriptura ipſa *Antiquitatem* redolet. Paulinianæ verò Hiſtoriæ *Verſio*, quam exhibet codex iſte, ſtylo quidem non benè Latino, ſed, uti ſeculum illud ferebat, concinnata eſt. Uti & *Peregrina nomina* multis hic mendis laborant. Attamen perſæpè lucem affert priorum editionum tenebris. Rectè enim hic legitur: *Coturnices, Quianſu, Rutbeni, Spica, Torocoram, Tenduch, Zipangu, &c;* Pro quibus in Baſileenſi editione malè ſcriptum eſt: *Conatices, Quianſu, Rucbeni, Spicum, Carocoram, Tenduch, Zipangri &c.*

6. Fides Relationum.

Nunc ad præcipuam præfandorum partem veniam, VINDICIAS nempe AUTORIS, LIBRORUMQ; ejus. Hos, ut dixi, FABULARUM loco quamplurimi habuerunt, & vix majoris fidei quàm *Lucianica* commenta, aut Hiſtoriã *Pytheæ Maſſilienſis*, qui univerſũ Europæ Septentrionem ad mundi usque fines ſe perluſtraſſe ſcribens vel ideò malè audit. ᾧ ὐδὲ τῷ Ἑρμῇ πιςεύσαι τις λέγοντι. *Quod ne Mercurio quidem dicenti crederes,* inquit *Strab. l. p. m. 71. v. l. IV. p. 139.*

Hic

Hic paſſim & alios terrarum Hiſtoricos perſtringit, Fabula-
nque ac mendaciorum accuſat. *Herodotum* puta, *Cteſiam*, *Hel-
icum*, *rerumq́ Indicarum* in communi *ſcriptores*, libro I. Deq;
ſtremis his diſertè ait: (ὡς ἐπὶ τὸ πλὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ'
πε͂ϱβολὴν δὲ Δηίμαχος. τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης. Ὀνησίκριτός τε
Νέαρχος καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.) *Quod pleriq́ mendaces ſint: præci-
puis Deimachus, proximè Megaſthenes, Oneſicritusq́ & Nearchus
uq́ tales*, libro II. Eos non per omnia quidem abſolverim. Lau-
andos tamen putarim, quod nonnulla annotârint, quæ pluri-
us tunc ἄπιστα viſa poſt experientiâ comprobata ſunt; quodque
dem ſuam aliena fide liberaverint, velut & ipſe *Strabo* fatetur,
uòd quamplurima, cum quaquaverſum peregrinaretur, audiverit
uidem, ſed ipſe non viderit. Etiam hoc addens: (ὁ δ᾽ ἀξιῶν μό-
ς εἰδέναι τοὺς ἰδόντας ἀναιρεῖ τῆς ἀκοῆς κριτήριον.) *Qui verò con-
endit eos ſolus ſcire qui viderit, is auditus in judicando officium
ollit*, libro II. Quanquam ipſe opidò ſit falſus, ubi aliorum fide
Caſpium mare inter *Sinus* refert, libro II. Neque enim in Ocea-
num, ut ex *Eratoſthene* dictitat, exit, ſed mare per ſe eſt. Facie-
bant quidem cum Eratoſthene etiam *Dionyſius* Afer, *Pompon. Mela*,
Plinius & multi veterum alii. Sed Experientia confirmat, quæ
Herodotus verè ſcripſerat: ἡ δὲ Κασπίη θάλασσά ἐστι ἐπ᾽ ἑωυτῆς, οὐ συμμί-
σγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. Quicum & *Diodorus Siculus* & *Ariſtoteles*
faciebant. Certè veriſſima ſæpè ſcribuntur ab iis, qui ſuſpectæ ſunt
aliis fidei. Attamen & noſtri *Veneti fidem* a. plures ab olim *rogunt*,
b. multi in *dubium* vocant, c. pauci *alicujus* faciunt, d. unicus au-
tem *vindicare* ſuſceperat.

a. Qui ergò fidem ejus lacerant, ſtupendam imprimis *Quin-
ſay* urbis, avisque *Ruc* magnitudinem, ut & *Indicam Ada-
mantum venaturam* objectant. Legat, qui volet *Neau-
dri è Bodino*, *Jul. Cæſ. Scaligeri*, *Clüverì*, *Olearii*, *Hornii*, *Bertii*
Teſtimonia, quæ ſequuntur. His *in genere* nunc quidem reſpon-
deo: *Marcum vel veriſſima ſcribere*, *vel relata referre*. *Prius*

abundè è *Commentario*, conſtabit. Ibi videſis titulos: *Adamantes, Presbyter Joannes, Quinſai, Ruc. Poſterius* ipſe *Paulus* ſubinde innuit. Ut enim pleraque, quæ incredibilia videri poterant, ſibi viſa eſſe diſertè memorat; vocibus utens ut maximè talibus: *fideliter deſcripſi.* I. 47. *Coràm poſiti vidimus, atq;, ut ita dicam, manibus contrectavimus.* II. 70. *Fui in hâc provinciâ* III. 9. *Fui in hac civitate*, II. 64 &c. Sic & paſſim, quæ ipſe ab aliis audiverit, ſibi haut viſa eſſe teſtatur, vocibus:

Ajunt. I. 14. bis. 27. *Aſſerunt*. II. 40. *Audivi, & quæ relaturus ſum ab aliis didici.* I. 28 *Credunt*. III. 27. *Dicitur*. II. 52. *Fama eſt*. III. 22. *Feruntur*, I. 34. *Non vidi*. II. 70 III. 8. 13. 19. *Non potui explorare* I. 47. *Putatur*. II. 59 64. III. 8. *Si nautis credimus*. III. 42, &c.

Secutus in hóc ſuperiorum ſeculorum ſcriptores *Græcos* & *Latinos*, apud quos ſimilia nonnunquã leguntur. vid. *Herod. III. 9. VII. 3. Dion. l. LIV. de Auguſto, Ælian. Hiſtor. Anim. X. II. 14. Pauſan. VI. ubi de Oibota. Sveton. Claud. l. 15. Tacit. IV, 10. 1. Tubero l. Hiſtor. temp. ſui.* Quorum omnium verba *Freinsbemius ad Curt. IX. 1. 34.* transſcripſit. Neque tamen falſa ſemper ſunt, quæ ſe non vidiſſe, ſed audiviſſe refert Autor, ut item è *Commentario* patebit. Ubi de *Miraculis* quoque diſſerere dabitur.

b. Mitius videntur agere, qui *dubitant*, verane ſint an falſa omnia, quæ hîc traduntur. *Si vera ſunt*, inquit *Geſnerus*, *Teſtim.* VI. Et, HUNC NODUM *ſolvendum tibi lector relinquo, Münſterus, teſtim.* III. Sed veriſſima & illa ſunt, de quibus iſti ambigunt. Quare de *latiſſimo Cublæ imperio*, deque *Presbyteri Joannis* regione iterum in Commentario ita ago, ut Veneti fides planè perſpicua ſit. Neq; dubia cuiquam eſto urbis Quinſay magnitudo, quòd SOLUS Venetus, uti *Bertius* habet, ejus meminerit. Sunt enim *plures*, quos loco, quem dixi, allego.

c. Ideoque ab aliis meritò *laudatur*. Hi diſertè ſcribunt: Marcum *primum omnium* diſſitiſſimarum regionum *ſatis amplam deſcriptionem*

m edidiſſe. Boter. ac *uberrimè omnium Orientem deſcripſiſſe*. Kir-
er. *bonâ fide ſcripſiſſe*. Voſſ. adeoque *fide dignum ſcriptorem*
e. Micræl. Horn. Nieuhof. ac *minimè vanum Autorem*. Schick. *nec*
lſi arguendum, Imò *à curioſis legendum*, Martin. Ejusq́, Nar-
ata *quotidiè magis magisq́ verificari*, Schick. *Seriò verò expenden-*
a eſſe cum iis, quæ neoterici prodiderunt. Deſcr. Chin.

. Ita tandem Martinus Martinius è Soc. Ieſu extitit, qui Vene-
um in *Atlante* ſuo *Sinicô* paſſim & explicaret & vindicaret. De quô
pſe *Atlantis Sinici p. 123. a.* ſic habet: Quamplurima, inquit, in
hâc Provinciâ (Junnane) ſunt, *quæ Marcus Paulus Venetus attin-*
git, (ſed) *hactenus aut perperàm aut parum ab Europæis intellecta,*
tùm quia ignotis *de iis uſus eſt* nominibus, *tùm quòd* nullo *certo ſer-*
vato ordine, *ſed quaſi per ſaltus ac interrupta res ſuas deſcribat,*
vix unquam certis additis ſignis, ex quibus colligi, de quibus loqua-
tur, poſſit, multarum rerum Sinenſium, linguæque ac characte-
rum ignarus, *quâ in re aliquid me tùm de rebꝰ Geographicis, tùm de Se-*
reniſſimâ Venetorum republicâ meritum credo, qui nobiliſſimum illum
Patritium à falſitatis aliarumq́ impactarum illi calumniarũ notis exe-
merim, quamvis hi accuſatores reprehenſione potius digni fuerint, atq́
etiamnum ſint, Quod ea quæ non intelligunt, tàm leviter damnent.
Hæc ille. Verèque etiam à *Seneca* dictum eſt: *Temeritas eſt da-*
mnare quod neſcias. Sed pauca ſunt, quæ Martinius circà Mar-
ci noſtri *Chorographiam* & *Hiſtorias* præſtitit, & vix propoſito ſuo
ſatisfecit. Ideoque eoque magis non negligendum putavi, quod
cœperam ante viſum lectumque Atlantem ejus. *Plenam* nem-
pe ſcriptorum Veneti *illuſtrationem*, quæ *vindicias* unà complecte-
retur. Hic tamen unus eſt, qui hactenus reipsâ Veneti cauſam
egerit. Nam *Guil. Schickardus* propoſuerat quidem de *Gingi-*
ſchanidis, adeoque *Tartaris* fusè, uti circà ſeriem Regum Perſiæ
faciebat agere, adeoq; quædam Veneti loca explicare; Sed non
potuit hoc vivus præſtare. *vid. præfat. in Tarich. p. 7. a. f. 8. a. f.*
Georgius Hornius quoque Veneto nonnunquam patrocinatur, ſed

incongruè. Ut, quod *Impoſtor aliquis* ejus *Iter tot mendaciis contaminaſſet*, quodque hoc illud *Venetus non ſuam ſed vulgi opinionem eſſe exertim tradat*. (*vid. Teſt. XIX. num. 1, 4.* Poſterius repetit verbotenus *Arca Noa p. 281.*) Neque enim mendacia ſunt, quæ de *Pontibus Quinſajenſibus* (de quibus *Hornius* loquitur) Autor refert. Nec negat *Presbyterum Joannem* in Aſiâ dominatum eſſe. Tantùm dicit *Uncbanum* vulgò, hoc eſt, communi Anteceſſorum titulò *Presbyterum Joannem* (uti Latinæ editiones habent,) dictum eſſe. Præterea *Reineccius* quoque Venetum alicubi defendit. *Nec audiendi ſunt*, inquit, *qui ejusdem erroris auctorem noſtrum inſimulant, potius inſcitiæ & temeritatis inſimulandi ipſi.* Ita ille *not. ad l. 51. vid. de Presbyt Joanne.* Idem in præfatione Hiſtoriæ Orientalis agit. Sic autem ſcribit: *Jam & hoc de Tartaricis ſeu Cathaynis Imperatoribus commonendum erat, aliter eos ab Haytono, aliter à Paulo, aliter à Vincentio referri. Sed de numero majorem deberi fidem Paulo cenſemus, quippe qui non audita, ſed coram viſa tradat, & rectius omnia præſens, quàm Haythonus abſens explorare potuerit.* vid. *Comment. de Imperator. Tartar. ubi accuſationi Hornianæ de turbato à Veneto ordine horum Imperatorum reſpondebitur.*

7. Ad alia, quæ circà Veneti ſcriptionem deſiderantur & reprehenduntur.

Nunc fatendum utiq; eſt, deſiderari quædam poſſe in Veneto ejusq; ſcriptione. Ut quòd (1) *Circà* regionũ, fluminumq; & ſimilia *Nomina ab aliis ſcriptoribus* (ferè) *omnibus diſcrepet.* Kirch. Et *Sinica non Sinicè, ſed Tartaricè enunciet.* Martin (2.) quodq; *nullius urbis longitudinem aut latitudinem deſignaverit.* Kirch. (3.) Tandemque nonniſi *Semibarbarè* verſus & *corruptiſſimè* editus ſit. Purchaſ. Voſſ. Sed hæc tanti non ſunt. Ac Præſtat habere nos ab ipſo Tartarica ejus temporis nomina, quàm Sinica. Hæc enim abundè nunc habemus apud *Mendozam*, *Semedum*, *Trigautium*, *Martinium*, *Linſchotanum*, *Nieuhoſium* & alios. Illa ſine Veneto vix habere-

mus.

mus. Imò eadem ſœpè vocabula ſunt, quæ à *Veneto* paulò aliter ſcribuntur, quàm à *Jeſuitis*. Qui ſimiliter unum idemque urbis vel Regionis nomen aliis planè literis deſcribere ſolent. Quod autem aliqua *corrupta* ſint, Veneti culpa non eſt. Uti nec inepta illa *Latinitas*. Longitudinum verò & latitudinum deſignationem quis ab illò requiſiſſet? *Videtur iniquus eſſe Hipparchus, qui contrà hanc craſſam & confuſiorem deſcriptionem Geometricè diſputat, cùm hâc in re gratiæ ſint habendæ iis, qui velut cumq; locorum nobis indicaverunt naturam.* Verba ſunt *Strabonis l. II.* Porrò reprehenditur Autor à Scaligero quòd Malabarum, quâ S. *Thomam* honorabant, vocem, *Avarijam* nempe, libro III. cap. 27. haud rectè tranſtulerit, *virum Sanctum*. *Falſiſſimum* (eſt,) inquit, *quod ipſe Paulus Venetus ait, id virum ſanctum ſignificare. Em. Temp. VII. p. 338.* Vult enim *Scaliger*, quòd *Apoſtolicum* ſignificet. Sed quæ hæc falſimonia eſt? Sunt enim Apoſtoli viri ſancti: Imò Scaliger non minus aberrat quàm Venetus, ſiquidem vox *Avarijam* propriiſſimè reddenda ſit. *vid. Gloſſar.* De nihilo item eſt, quod cum de *Zipangri* ageret, *Inſulam* pro *Peninſula* poſuiſſe *Mercatori* ſcribitur. Quis enim neſcit *Arabiam* quoq; & *Africam INSULAS* dici? Imò necdum ſatis liquet, *ſitne Japonia* ſeu Zipangri *Inſula, an Peninſula? v. Comm.* voc. *Inſula* & *Zipangri*. Simile eſt, quòd *Martinius Atlantis p. 86. a. & 87. b.* tradit, Marcum *Leones* per *Catachreſin* dixiſſe, quas *Tigrides* appellare debuiſſet, ſicque *arcus triumphales Pontibus Quinſajenſib.* fortè annumeràſſe. *Poſterius* non neceſſe eſt ſuſpicari. v. *Comm. voc. Quinſai. Prius*, ſiquidem ea Veneti, non Interpretis, culpa ſit, nec tanti eſt. Solent enim rebus minus notis illarum nonnunquam nomina tribui, quibus quodammodo ſunt ſimiles. *vid. omninò Comm. voc. Leones & diſſert. de Chataj. p. 68. a.* Quanquam non ſemper hæc *Synecdoche* locum habeat. Quod enim de *Leonum ſimulacris* ad marginem pontis, quò fluvius *Puliſachnitz* tranſibatur, libri II. cap 27. refert, non obeſt illi quod in Sinâ totâq; ferè Aſiâ, quod *Martinij* ar-

gumentum eſt, Leones non reperiantur. Nam & apud nos *Sculptos Leones* paſſim, *vivos* nullibi invenias, niſi *circumforaneos* quandoque. Dein Venetus *Leones* & *Leopardos*, qui *Tigrides* ſunt, accuratè diſtinguit, ubi utrumque ferarum genus reperiri tradendum erat. *vid. lib. III. cap. 32. 35. 41. 45.*

III. COMMENTARIUS.

Itaque multis de rationibus Veneti noſtri opuſculum laude novàque editione dignius erat, quàm *ſitu contemtuvè.*

1. *Cauſæ & Occaſio.*

Prodeſt enim *veteres Autores conſervare*, ut illorum quoq; temporum Hiſtorias nôrimus, Et rectius facerent novitii ſcriptores, ſi prioribus adderent, quæ inveniſſent, quàm quòd exſcribendo, interpolando, contrahendo abolent, ſicque ſcientias non perficiunt, ſed turbant. Ego verò cum *varietatem rerum*, perpenderem quæ his libris continentur, *Chorographicarum* imprimis, *Lucemq;* quàm *recenſioribus ejuſmodi ſcriptoribus* non minus affert, quàm illi huic; *Exemplarium etiam defectum*, *frequentem Autoris allegationem*, *Interpretum*, *Editorum*, & *Encomiaſtarum exemplum*, *Manuſcripti Brandenburgici præſtantiam*, *innumerorum locorum obſcuritatem*, *tentatam potius* ab aliis, *quam* vel minimâ parte *abſolutam*, *nedum juſtam certamq; explicationem*, tandemque Amici *hortatum*, quod librorum linguarumque Orientalium, quæ ad *illuſtrandum Auctorem* faciunt, domi (præfiſcine) haberem, *Recenſioni* ejus *Commentarios* addere; his verò *præludia* præmittere placuit.

2. *Præludia.*

Iſta ſunt *Indices* & *Diſquiſitio de Chatajâ.*

a. *Indices.*

Primùm enim *Indices pleniſſimos*, ſed nudos & abſq; omni notâ confeci, *Hiſtoricum* ſcilicet, *Chronographicum*, *Itinerarium*, *Gloſſarium*. Quibus in ipſis Commentariis, *Chorographicum*, *Phyſicum*, *Proſopographicum*, ſimileſque, tandemq; *Miſcellaneorum*, qui

omnis

omnis generis materiam universè in ſe complectitur, ſi Deus volet, addam.

b. *Disquiſitio de Chatajâ.*

Priores illi *Indices* nunc unà cum opuſculô de *Chataja* prodeunt. Quod item de *Commentariis* foret, ſiquidem *temporis* & *impenſarum* ratio id permiſiſſet hactenus.

3. *Scopus.*

Interim hunc illorum *Scopum* eſſe, norit Lector, ut quæ in Veneti libris *expoſitione*, *emendatione*, *confirmatione*, *defenſione*, aut *continuatione* indigent, aut aliàs memoranda ſunt, *è probatis Orientalium ſcriptoribus* maximè, dehinc aliis quoque, recentioribus & antiquis, nervosè exponam, emendem, confirmem, defendam, aut continuem. Ea tamen imprimis, quæ *Chorographiam*, *Gloſſas*, *Phyſicam* & *Imperium Tartaricum* ſpectant. Hujus quædam tentavit *Reinerus Reinecci*, ut ex *Scholiis*, quæ editioni ſuæ ſparſim adjecit, conſtat. Sed quod eô tempore operi par non eſſet, ipſe non diſſimulavit. Ita enim in *Proœmio notarum*, quibus *Haytonum*, ejusdem generis, ſed non difficultatis, autorem exponere latagit: *Nondum*, ait, *quod ſciam, vel Haythoni commentarius vel reliquæ Orientalis Hiſtoriæ interpretem, aut, ſi mavis, Explanatorem reperit. Ac profectò argumentum id tàm arduum, quàm neceſſarium eſſe videtur. Nos pro modulo noſtro ſaltem periculum faciemus, cum benevoli lectoris ſtudio conatui noſtro eventum deſpondentes, de quo Poëta:*

Ut deſint Vires, tamen eſt laudanda Voluntas.

Utut rem non ſemper acu tetigerimus, attamen hoc forſan effectum dederimus, ut exemplo noſtro plures incitentur, ſicq; tandem uberiora & meliora proferantur. Id quod ſingulis qui poſſunt, & ab id genus monumentis inſtructiores ſunt, curæ eſſe rogatos meo loco etiam atq; etiam volo. Hæc ille. Etiam *Athan. Kircherus Chin. III. p. 87. ſ.* Iter Veneti recenſet quidem, ſed in exponendis locorum nominibus

nibus: *Soldadiæ, Barka, Glaciæ, Balaſciæ*, hæret & ipſe, lubensque fatetur, ſe pleraq; non capere. Penitius hoc tentavit, & fælicius nonnunquam exegit *Martinius*. Sed & nonnunquam aberravit & pauca tetigit. Quæ enim in tantô *Atlante* è Veneto explicanda ſuſcepit, hæc tantùm ſunt: *Arcladam*. p. 125. a. 129. a. *Cambalu*. 23. a. *Cathay*. 22 a *Cingiam*. p. 80. *Fugui*. 90 b. *Mangin*. p 74. *Quelinfu* 98 a. *Quiang*. b. 73. 6 *Quinſai* p 78. 86 *Singui* p. 78. *Tangu*. p 17 a *Unchiam*. 129. a *Zarten*. p. 97. In *Hiſtoria Sinicâ* v. de Origine nominis *Chinchis* conjecturam quandam affert p. 320. Plura non memini. Nec *Veneti mentionem* facit, niſi *bis paginis* 3. a. 22 a 23 a. 73. b 74. a. 78. b. 86. a b 90. b. 94 b 97. a. 98. a. 117. a. 123. a. 125. a. 129. a b Quas ideò recenſeo, ne quis putet, me diſſimulare, ſi quando cum illo mihi faciendum eſt. Quanquam pleraq;, antequam hæc legerem, ipſe perviderim. Attamen hoc parū eſt ad Veneti expoſitionem. Ne dicam quòd obiter tantum meminerit: *Hæc illa facere ad Veneti intellectionem*. p. 74. a 117 a. Ponit etiā ſe *alibi, ubi amplius*, ait, *dabitur de his agendi locus demonſtrare, Venetum non duas ſolummodo Mangi provincias, ſed quatuor ad minimum attigiſſe*, ſeque *vel ex ipsâ ipſiusmet M. Pauli Veneti deſcriptione, vel ex locorum ſitu ac nomine* clariſſimè oſtenſurum, quænam fuerit illius *Quinſai civitas, Singui, Cingianfu multaque alia*. p. 74. Sed ſi *Quinſai, Singui* & cetera, quæ nominavi, excipiam, dicendum eſt, eum vel oblitum eſſe reliqua, vel reſervaſſe Decadibus Hiſtoriæ *Sinicæ* deſideratis & fortè cum ipsô defunctis. Faciam ergò & ego periculum, ut dixi.

4. *Methodus.*

Sequar autem *Indicum claſſes, ordinemque Alphabeticum*, in iis quæ hoc ordine digeſta ſunt.

5. *Partes.*

Acturus ante omnia de *Regionibus, urbibus, oppidis, maribus, fluminibus, populis*, aliisque, quæ *Chorographiam* attinent. Nec de iis tantùm, quæ apud *Venetum* legere eſt, ſed & quæ de iiſdem terris *Carpinus, Rubruquis, Vincentius Belluacenſis, Haytho, Nicolaus Venetus* multique alii, ipſique *Orientales* habent; neque verò ab *Ortelio* ſive in *Theſauro Geographicô*, ſive in *Synonymia Geographica* expoſita ſunt. Adeò, ut commentarii pars iſthæc

I. THESAURI ORTELIANI SUPPLEMENTUM,

Dici queat. Cumque *Mappæ Geographicæ*, quæ hactenus extant, locorumque nominibus, quæ è Veneto deſumpſerunt, inſignita ſunt, eò quòd earum autores Venetum non ſatis intelligerent, nec alios ejus generis ſcriptores ad manus haberent, valdè invicem diſcrepent & communiter vitioſiſſimæ ſint, NOVAM non *Extremæ* tantùm *Aſiæ*, ſed *totius ANTIQUI*, ut

ut loquuntur, ORBIS MAPPAM è probatioribus locorum illorum *Longitudinibus* & *Latitudinibus*, quarum ampliorem ſegetem è variis rariſque Autoribus collegeram, Collegæ & Amico conjunctiſſimo, Domino ADAMO THILONI, Mathematum callentiſſimo, delineandam dedi. Ibiquè non *Veneti* tantum *iter & Hiſtoria*, ſed & *reliquorum locorum* (quorum nomina aliò charactere in ære ſignavimus) *ſitus* ita ob oculos ponimus, ut illius temporis *ſcripta* & geſta facillimè intelligantur, ac Diſquiſitio de Chatajâ tanto magis perſpicua ſit. Hoc ſequetur

II. COMMENTARIUS CHRONOGRAPHICUS.

Ubi non tantum de *Temporibus* quæ *Venetus*, notavit, ago, ſed omnem, quam memini, Tartarorum Hiſtoriam ſecundum ſeriem annorum breviſſimè, & uti *Wolfgangus Drechslerus Saracenorum Hiſtoriam* tractavit, complector. Eique Tartaricorum & Sinicorum Principum *Genealogias*, Dynaſtias & Succeſſiones ſubtexo. Uniuscujusque verò Acta complectitur

III. COMMENTARIUS PROSOPOGRAPHICUS.

Hunc ſequitur

IV. GLOSSARIUM.

In quo Tartaricas aliasque voces, earumque expoſitiones, quas Venetus tradit, ex iisdem linguis examino & illuſtro.

Tandem.

V. PHYSICA quoq; OBSERVATA

Seorſim exponam. Reliquis in Commentarium

VI. MISCELLANEORUM

rejectis. Qui, ne opus nimis excreſcat, Autorum vel ſimilia vel contraria ſcribentium indicinis maximam partem conſtabit. Idque ubi opus fuerit. Nunc, ſi DEUS volet, nonum iſthæc non premam in annum. Imò

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones.

Gerh. Johann. Voſſius

De Hiſtoricis Latinis II. 60. pag. 456.

TEmporibus iisdem (*qvibus Gvilielmus de Bongevilla*) præclarê de eruditis, licet ipſe parum eruditus, merebatur Marcus Paullus Venetus, filius Nicolai Paulli, V. Cl. Nicolaus ille, cum triennio & qvod excurrit, orientem luſtrâſſet, comite tùm uſus fratre ſuo, Matthæo Paullo, in Italiam rediit; nec multò poſt iterum in orientem profectus eſt, aſſumto filio hoc ſuo, Marco Paullo, annisqve multis in aula permanſit magni Cham Cublai. Hâc occaſione Marcus filius tot Orientis terras vidit: nec vidiſſe ipſe contentus, etiam *bonâ fide* deſcripſit: ſed in gratiam popularium lingvâ Italica. Interim bene eſt, qvod non defuit eádem ætate, qvi ſaltem ut poſſet Latinè verteret, hoc eſt, ſemibarbarè, ut iſtoc ſeculo ſolent.

DOCTO-

Doctorum Virorum
De hoc Marci Pauli Veneti
Opere
TESTIMONIA,
ac
JUDICIA:

Quorum nonnulla quidem ſiniſtra *ſunt, pleraq; tamen* encomiaſtica, *ac fide digniora.*

FRANCISCUS PIPINUS, Auctor alterius verſionis Latinæ, quæ in Cod. MS. Bibliothecæ Electoralis Brandenburgicæ reperitur, cujusque excerpta ſingulis capitibus adjecta ſunt, ipſi huic præfationis loco præmiſit iſta:

Librum prudentis, bonorabilis ac fideliſſimi Domini, Marci Pauli de Venetiis, de conditionibus & conſuetudinibus orientalium regionum, ab eo in vulgari fideliter editum & conſcriptum, compellor ego Frater Franciſcus Pipinus de Bononia, Ordinis Fratrum Prædicatorum, à pleriſq; Fratribus, Patribus & Dominis meis, veridica & fideli translatione de vulgari in Latinum reducere: ut, qui amplius Latino quam vulgari delectantur eloquio, nec non & hi, qui propter linguarum varietatem omnimodam, aut pro-

pter diverſitatem idiomatum, proprietatem linguæ alterius intelligere omnino aut faciliter nequeunt, aut delectabiliùs legant, ſeu liberiùs capiant. Porrò per ſeipſos laborem hunc, quem me aſſumere compellunt, vel compulerunt, perficere pleniùs poterant: ſed altiori contemplationi vacantes, & infimis ſublimia præferentes, terrena ſapere, terrena deſcribere recuſarunt. Ego autem eorum obtemperans juſſioni libri ipſius continentiam fideliter & intelligibiliter ad Latinum planum & apertum transtuli: quem ſtylum libri materia requirebat. Et ne labor hujus inanis aut inutilis videatur, conſideravi ex libri hujus inſpectione fideles viros poſſe multiplicis gratiæ meritum à Domino promereri: ſive quia in varietate, decore & magnitudine creaturarum mirabilia Dei aſpicientes ipſius poterunt virtutem & ſapientiam mirabiliùs admirari, aut videntes gentiles populos tanta cœcitatis tenebroſitate, tantisq́ ſordibus involutos gratias Deo agent, quòd fideles ſuos luce veritatis illuſtrans de tam periculoſis tenebris vocare dignatus eſt in admirabile lumen ſuum: ſeu illorum ignorantiæ condolentes, pro illuminatione cordium ipſorum Dominum precabuntur, vel in devotorum Chriſtianorum deſidia confundentur, quia infideles populi promptiores ſunt ad veneranda ſimulacra, quàm ad veri Dei cultum prompti ſunt ex his, qui Chriſti ſunt charactere inſigniti: ſive religioſorum aliquorum corda provocari poterunt pro ampliatione fidei Chriſtianæ, ut nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in tanta multitudine populorum

rum

rum oblivioni traditum deferant ſpiritu favente divino ad obcœcatas nationes fidelium (infidelium). Ubi quidem, meſſis multa eſt, operarii verò pauci. Ne autem inaudita multa atq; nobis inſolita, quæ in libro hoc in locis plurimis referuntur, inexperto lectori incredibilia videantur, cunctis in eo legentibus innoteſcat, præfatum Dominum Marcum, horum mirabilium relatorem, virum eſſe prudentem, fidelem, devotum, atq; honeſtis moribus adornatum, à cunctis ſuis domeſticis teſtimonium bonum habentem, ut multiplicis virtutis ejus meritis ſit ipſius relatio fide digna. Pater autem ejus Dn. Nicolaus, totius provinciæ vir honeſtiſſimus, hæc omnia ſimiliter referebat. Patruus verò ejus (de) quo meminit liber ipſe, vir utiq; devotus & ſapiens, in mortis articulo conſtitutus, confeſſori in familiari colloquio conſtanti firmitate aſſeruit, librum hunc veritatē per omnia continere. Propter quod circa translationem ipſius laborem aſſumpſi conſcientia tutiore ad conſolationem & ad laudem Domini noſtri cunctorum viſibilium & inviſibilium creatoris. Liber autem ipſe in tres partes dividitur, quæ per propria capitula diſtinguuntur. Quorum librorum principiis ad faciliorem contentorum in eis inventionem ſunt capitulorum tituli prænotati.

Alois. Cadamustus cap. 133.

Hujus Catholicæ commeminit Marcus Paulus in tractatu Armeniæ, & ibi dicit, duo eſſe genera Chriſtianorum, Jacobitarum videlicet, & Neſtorianorum,

 quorum

quorum Papa dicitur Jacobita, qui eſt hic Catholica, de quo eſt ſermo. (*vid. Venet. l. 15.*)

SEBASTIAN. MÜNSTERUS in Tabulæ Geographicæ, quam Novi Orbis operi præmiſit, Declaratione.

Marci Pauli Veneti iter hîc non duxi explicandum, quum ferè nullam ſignarit provinciam, quam pertranſierit, præter Armeniam & quasdam circumjacentes regiones, ad quam trajecto Boſphoro & Euxino mari pervenit. Ab Armenia verò quas regiones permeaverit, donec ad extremos Scythas, qui hodie ſunt Tartaria magna, pervenit, non ſcribit. Rediens tamen ab Oriente ad occiduas partes, ſignavit plures. Id unum ex ſententia agit, ut nobis diligenter deſcribat Orientem, tam terram continentem, quàm inſulas meridionales & orientales, potiſſimum quicquid locorum eſt ſub ditione magni Cham. Presbyteri quoque Johannis facit mentionem, quippe cujus regnum conterminum ait imperio magni Cham, quum tamen ceteri ferè omnes regem illum in Æthiopia Aphricæ haud longè à Trogloditis dominari aſſeverent. Sic enim habes ap. Aloyſium capite ſexageſimo, nempe Presbyterum Johannem in Aphrica circa regnum ~~Acelintæ~~ confinem eſſe Sultano. Idem ſentit Ludov. Vartomannus libro ſecundo, capite decimo quinto. NODUM HUNC SOLVENDUM tibi Lector relinquo. Scio & alios quosdam fuiſſe in hac opinione, qui putaverunt,

verunt, ſedem Presbyteri Johannis fuiſſe in Oriente, ſed aliud hodie, & quidem certius edocemur.

Jul. Cæsar Scaliger in De Subtilitate ad *Cardanum, Exerc. CXIII. Sect. 3.*

HIſtoriam ex Indiis unam, Græcæ fidei propiorẽ, ſubtexemus. Adamantes progenerari in monte Ahingar, ultra urbem Biſinigar, itinere dierum quindecim. Circundari montem paludibus venenoſarum beſtiarum plenisſimis. Montem ipſum non minus ſerpentibus differtum. In eum montem accolas ex editiore loco ſagittis carnes jaculari: quibus carnibus hæreant adamantes. Carnes illas ab aquilis, ſublatas in nidos, devorari. Sub quibus delapſos adamantes inveniri. Hîc quoque ſubtilitas eſt. (*vid. Venetus III. 29. ubi & ille hujus rei meminit.*)

Editoris Basileensis in librum Marci Pauli Veneti Præfatio.

PRæter Quintum Curtium, qui geſta conſcripſit Alexandri Magni, & paſſagia quædam Terræ ſanctæ, pauci hactenus fuere, qui de rebus & de variis illis atq; multis provinciis, quas habet oriens, præſertim Indicus, nos certiores redderent: & tamen interim ſemper fuerunt viri quidam ſtudioſi, qui Aſiani orbis viſendi gratiâ haud cunctanter pericula corporis atq; rerum jacturas ſubire contenderunt: & procul dubio plurimarum orientalium rerum certa hodie

 exta-

extarent experimenta, ſi ſalvus illis in patriam contigiſſet reditus. Nunc autem quum tam multa peregrinantibus in illis regionibus ſint ſubeunda exitialia pericula (occurrunt enim nedum prædones, & alii ferociſſimi homines, verùm & beſtiæ immanes, deſerta amplisſima, ſqualentia & arentia, quæq; neq; hominibus, neq; jumentis quicquam pabuli afferre poterunt, maria illa fabuloſa, ut vocant, quæ interdum peragranda ſunt, aquæ mortiferæ, mare tempeſtuoſum, calores intolerabiles, frigora acerba, & alia innumeroſa pericula) quot putas Aſia nobis incolumes reſtituit, quos in eam Europa veluti exploratores miſit? & ſi quosdam reſtituit, hi vel itineris labore atq; ſufferentia periculorum adeò exanimati ſunt, ut non curarint explorata ſtylo excipere: aut ſi annotarunt ea, quæ viderunt & experti ſunt, vernaculo uſi ſunt idiomate, id quod fecit Vartomannus, Benedetto Bordone, ut vulgaris libri vulgari utar titulo, Marcus Paulus Venetus, & alii quidam Itali atq; Hiſpani, quorum ſcripta adhuc in tenebris eſſent, ſicut & aliqua ſunt, niſi boni quidam Viri ea in Latinum vertiſſent, atq; omnibus legenda exhibuiſſent. Et utinam Marcus iſte Venetus commodiorem nactus fuiſſet interpretem, aut ipſe librum ſuum Latinè ſcripſiſſet, qui Latinè ſcivit; id quod in loco quodam ſubindicat: ſed multis concivibus ſuis Venetis gratificari maluit, quàm paucis Latinè doctis. Natus eſt hic Marcus ex patre Nicolao Paulo, viro clarisſimo, qui cum per tres aut quatuor annos luſtraſſet partes orientales, comitem habens fratrem genuinum,

num, Matthæum ſcilicet Paulum, domũ rediens filium Marcum ſecum ducens, denuo in Indiam conceſſit, manſitq; multis annis apud magnum Cham Cublai, aulicus illius factus. Hiſtoriam illius profectionis atq; reditus deſcribit in primis decem primi libri capitibus. Et hæc tibi Lector cauſam reddent, quomodo Marcus, hujus libri conſcriptor, tot potuerit perluſtrare provincias.

Conradus Gesnerus *in Mithridate pag. 75. b.*

Haud ſcio, an ulla hodie Monarchia locorum & regiorum numero cum Tartaricâ conferri poſſit, ſi vera ſunt Marci Pauli ſcripta.

Joh. Leonclavius, in Pandectis Hiſtoriæ Turcicæ, p. 105. fin.

Traditur à pleriſq; omnibus hic Zingis Chan inprimis claruiſſe Anno 1202. vel 1208. quo tempore Tatari jugum Indorum, hoc eſt, ejus regis, quem ab aliquot jam ſeculis Pretejanum ſeu Presbyterum Joannem vulgò vocamus, excuſſerunt. Et extant pleraq; de his rebus à Vincentio Beluacenſi & Marco Paulo Veneto, memoriæ prodita, lectu non indigna. (Confer p. 104. fin. & Indic. Ven. voc. Jacelich.)

Idem eodem lib. p. 107. med.

Quæ de mapalibus Ertuculis dicuntur, intelligi commodè poterunt ex hiſce Marci Pauli Veneti verbis, ædiculas Tartarorum ſeu mapalia potiùs deſcribentis, antiquis hiſce Turticis

ctcis ſimillima. Domunculas, inquit, habent in modum tabernaculorum filtro coopertas, quas ſecum deferunt quocunque migrant.

MICHAEL NEANDER Geograph. pag. 136. b.

QVinſai Gambaleſchiâ triplo major: quod tamen Bodinus fabuloſum exiſtimat. (*Videatur idem p. 171.*)

JOH. BOTERUS in Relationibus de Rebuspubl. cap. 14.

Marcus Paulus Venetus primus omnium earum regionum ſatis amplam deſcriptionem edidit; & ab eo accepimus, quicquid nobis de Tartaris innotuit.

JOSEPHUS SCALIGER in de Emendatione Temporum libr. II. p. m. 78.

NOn ſolùm autem Cenſorinus declarat Genethliacorum propriam fuiſſe dodecaëterida, ſed etiam Marcus Paulus Venetus lib. II. cap. XXV. Sciendum verò æram Tartarorum per Dodecaëteridas procedere. Primus annus Leonis titulo; ſecundus Bovis; tertius Draconis; quartus Canis; & ita deinceps, donec duodecim anni explicentur. Quare aliquis interrogatus à Genethliaco de anno natali reſpondet ſe natum, v. g. anno Leonis, illâ die, nocte, & hora, & momento, idque diligenter à patre notatur edito in lucem puero, & in libro aliquo ſcribitur, expli-

explicito animali duodecimo, hoc eſt, anno duodecimo, rurſus ad primum ſignum, hoc eſt, Leonem reditur. Hæc diſertè Paulus Venetus. Ex quibus non ſolùm docetur uſus Dodecaëteridos, ſed etiam apparet, non per omnia illas nationes in nominibus animalium convenire. Nam Bos ſive Taurus eſt quidem ſecundus annus, tam in Tartarica, quàm noſtra Dodecaëteride. Sed Draco eſt tertius Tartaricæ, qui in noſtra nusquam locum habet.

Petrus Bertius in Breviario orbis terræ, pag. 53.

Quinſai urbem totius orbis maximam ſolus memorat Paulus Venetus, qui de ea ſtupenda narrat, fidemq́; excedentia.

Sam. Purchasius.

Multos autores corruptos vidi, ſed nullum corruptiorem, quàm Latina Pauli Veneti editio eſt. Ramuſius edidit Italicam verſionem, quæ aurea eſt, ſi cum Latina comparetur. (*v. Comm. voce QUINSAI.*)

VVilhelmus Schickardus, in Tarich Regum Perſiæ, p. 185.

Marcus Polus Venetus, minimè vanus autor, cujus narrata pridem incredibilia, quotidie magis magisq́; verificantur, appellat lib. 3. c. 19. hanc inſulam Fanſur, quod fortasſis in Manuſcripto erat Kanſur, quaſi Camphoræ terram, quoniam F & K facilè permutantur. (v. Ven. III. 19. & Comment.)

PHIL. CLÜVERUS Introd.
Geogr. V. 6.

AT de urbe Quinſai,(ſive ea Tartarorum magni Chami; ſive Sinarum regis regia; utrumque enim traditur) meritò prudentisſimi cujusque fidem excedunt ea, quæ M. Po'us Venetus tradidit; continere ſcil. eam circuitu milliaria Italica centum, *&c.* Veruntamen urbem hanc poſt Marci Poli tempora bello diruptam, vel alia gravi calamitate deſtructam eſſe, quidam putant.

Autores DESCRIPTIONIS REGNI CHINENSIS *p. 365.* poſtquam Excerpta nonnulla ex Marco, quæ Catajam attinent, retuliſſent.

MEminit deinceps aliquot oppidorum, provinciarum, pertinentium ad Regnum Cathay: uti Gyn, Canſu, Pyanſu, Caycui, Caromoran, Quingyanfu, Chym, *&c. quæ ſeriò expendenda ſunt cum iis, quæ neoterici prodiderunt.*

JOH. MICRÆLIUS in præfat. in libr. V. der Pommr. Jahr-Geſchichte.

Nlich ſchreibet vor mehr als 300. Jahren *Marcus Paulus Venetus*, ein glaubwürdiger und in den weitabgelegenen Ländern wolverſuchter *Scribent*, daß ꝛc. *Sequitur de ave RUC.*

MAR-

MARTINUS MARTINIUS in Atlante Sinico pag. 90.

EX his ergo noſtra ſententiæ veritas aperta ſatis & probata videtur, nec amplius Europæis dubitandum de Catayo, Mangin, Quinſai, aliisq́ ſimilibus ignotis hactenus locis, in quorum Geographica deſcriptione, delineationeq́ tanti hactenus commiſſi fuere errores, & non pauci falſi Venetum, licet immeritò, arguere ſunt conati. Maneat ergo Veneto ſuus honos ac laus, quam meritus eſt, licet hinc inde nomina Tartarorum more mutarit, cum Sinicè ea illi minime pronunciarent. Sed de his plura adhuc infrà.

Idem pag. 129. a.

Sæpius dixi, Tartaros nimirum Juenæ familiæ ex auſtralibus partibus Sinas ingreſſos, ac inde ad totum occupandum imperium gradum feciſſe, debellata prius omni illa Regione, quæ cis Gangem eſt, multisq́ etiam, quæ ultra eundem: pro quibus ad Venetum curioſum lectorem mitto.

Et paulo pòſt.

Atque hic ille lacus (CHIN dictus) eſt, in quò non niſi puerum unicum, ſupra ligna vectum, communem evaſiſſe ſtragem ſcribunt. Ex quo multò magis confirmatur M. Pauli genuina intellectio de hoc loco: quem miror in Europæis mappis ad quadrageſimum gradum vulgo poni. fortè ut errorem errore confirment, id factum: aliàs enim Catayum

ad quinquageſimum ſtatuere non potuiſſent, Veneti minimè intellecta mente ac verbis.

THEOPHILUS SPIZELIUS *de re literaria Sinenſium pag. 9.*

MArcus Paulus Venetus ex * Eremitanorum ordine in univerſa Italia nominatisſimus, ſitum & mores Sinarum primus in Europa prodidit: qui cum circa annum M. CC. orientem luſtraſſet, Catajorum nomine Imperium hoc indigetavit, inque eodem obſervata ſuis retulit, ref. Auberto Miræo de ſtatu Relig. Chriſtianæ per univerſum orbem libr. II. cap. 27. p. m. 174.

** Paulus Venetus Eremita planè alius eſt.*

GEORGIUS HORNIUS de Orig. Americ. IV. 3. p. 230. m.

DOlendum eſt, Marci Pauli Veneti iter tot mendaciis ab impoſtore quodam contaminatum. Quis enim credat illa, quæ de Quinſai ſcribit, pontes in ea lapideos duodecim mille altisſimis ſubnixos fornicibus fuiſſe, ita ut naves erectis malis ea pernavigare potuerint? Et quot errores in catalogo Imperatorum Tatariæ admisſi? Nam ſi Cingin, Mangonem & Cublai excipias, cætera corruptisſima ſunt. Omittitur Oktai. Allan præponit Mangoni: deinde eundem Imperatoribus Tatariæ inſerit, cùm Rex tantùm Perſiæ fuerit.

Idem

Idem ibidem III. 9. p. 170. f.

Nec aliunde pulcherrimarum avium tanta copia in Americam venit, quàm ex Tataria. Ubi & aquilæ, & in Ergimul innumeræ aves pretioſiſſimarum pennarum: & in inſulis inter Tatariam & Americam falcones. De quibus paſſim Paulus Venetus fide dignus rerum Tataricarum teſtis.

Idem Orbis Politici pag. 289.

Marcus Paulus Venetus, cui omnem illius tractus notitiam debemus.

Idem Orbis Imperantis p. 289.

Sebaſtianus Münſterus in Coſmographia exiſtimat, Paulum Venetum non poſſe excuſari ab errore, quod contra fidem recentiorum imperium Presbyteri Johannis in Aſia collocet. Sed Venetus omni culpa vacat. Quippe exertim tradit, non ſuam hanc, ſed vulgi opinionem eſſe, libr. I. c. 51. 64. lib. II. c. 30.

Idem eodem libro p. 307.

Ita refert, qui præſens huic (Cobilæ) expeditioni interfuit, ſcriptor fide dignus.

ADAMUS OLEARIUS *Præfat. ad Itiner. Mandelslohi.*

DE Indorum Scriptoribus maximam partem ſecundum Voſſium mendacibus: Haben ihnen ohne Zweiffel

das zu Troſte ſeyn laſſen / was Strabo von ſolchen Scribenten ſaget: Quòd difficulter redarguantur, quæ de longè diſſitis narrantur. Man kan die Dinge / welche von weit abgelegenen und unbekanten Oertern erzehlet werden / nicht leicht widerlegen. Unter dieſen wird vielleicht nicht der unterſte ſeyn Marcus Paulus Venetus, welcher viel unglåubliche Dinge ſchreibet. Kan etwa durch Bericht anderer Leute / ſonderlich der Indianer / welche das Liegen für eine Klugheit halten / ſein verleitet worden. Ich wil unter andern nur eines gedencken. Was er (lib. 3. c. 40.) von einem groſſen Vogel auf der Inſul Madagaſcar ſchreibet, etc.

JOAN NIEUHOF in libro Het Gezandſchap der Neêrlandtſche Ooſt-Indiſche Compagnie, aan den Grooten Tartariſchen CHAM, den tegenvvardigen Keizer van China,

Part. I. p. 5. a. *de Regno Sinarum.*

Van eenen zeekeren Venetiaan, Marcus Pauvvelz, die allereerſt ten deele den Europers dit Ryk ontdekt heeft, en in den jare* vertien-hondert en zes, als de Tarter gansch Sina afliep, mede in dit Riik doorboorde, vvort dit Sina ok Catay geheeten.

** Error. Vid. Ind. Chronologic. & ipſa mox ſequentia Nieuhofii verba.*

P. 189. a. de Pekino.

Van zeekern Marcus Paulus, eenen Venetiaan, die in den

den Jare tvvalef hondert viif en tzeventigh in deze Stad vvas, toen de Tarters de zuiderliike Landſchappen van Sina verovert hadden, vvord ze in ſiine Schrifften, na den vorgang der Tartars, Kambalu genaemt, en in dezer voge beſchreeven. (*Sequuntur Marci verba ex lib. II. cap. 10.*)

Neuhofii Interpres Germanicus.

Der berühmte Scribent, Marcus Paulus Venetus, welcher im Jahr 1275. nachdem die Süder Provincien des Reichs Sina von den Tartern erobert/ hier geweſen/ nennet in ſeinen Schrifften dieſe Stadt/ nach der Tarter Exempel Kambalu, und beſchreibet ſie/ als ein Augen-Zeuge/ nicht weniger warhafftig/ denn umbſtänd- und deutlich. Ich kan nicht wol umbgang nehmen/ ein Stücklein von ſeiner zumal ſchönen Beſchreibung hieher zu ſetzen.

Autor Relationum des diverses Voyages Curieux Part. III. præfat. pag. 1.

CElle de Marco Polo a passé pour ſuſpecte mesme de ſon temps, on l' en avoit tourné en ridicule, & on l' appelloit Messer Marco Millioni, à cause qu' il ne comptoit que par millions lors qu' il parloit des richesses de cet Empire.

Idem pag 6. fin.

Martinius met mal le nom de M. Polo, qu' il entend

entend Paulus: on a corrigé beaucoup d'endroits de la Traduction, comme le pourront voir ceux qui voudront prendre la peine de s' en eclaircir en les comparant; il y reſte encore des marques que l'on n'a pas pris grand soin de la politesse du ſtile; mais cette negligence eſt d' autant plus excuſable, que l' on cherche toute autre chose dans cette sorte de Livres, que de preceptes pour bien parler, ou pour ecrire correctement une langue.

ATHAN. KIRCHERUS Chinæ Illuſtratæ p. 87. a.

NUllus ex Veteribus ultimi orientis regna Marco Paulo Veneto uberius deſcripſit - - - Tametſi plurima occurrant, quæ in hunc usq; diem à nemine Geographorum *tum capta ſunt ob varietatem nominum, queis regna, provincias, urbes, montes, flumina, lacus, differentia ab omnibus aliis nuncupat, tum ob nonnullarum urbium deſcriptionem, quæ hodiernæ Geographiæ non congruunt. Accedit, quòd Marcus Paulus Venetus nullâ Sphæræ notitiá fuerit inſtructus. hinc factum eſt, ut nullius urbis longitudinem latitudinemq; deſignet, ex quarum unica notitia genuinus locorum ſitus deprehenditur.*

Ceterum

CUI NON DICTUS HYLAS?

MARCI

MARCI PAULI VENETI
De
REGIONIBUS ORIENTALIBUS
LIBER PRIMUS.
CAP. I.
Quomodo Nicolaus Paulus & Matthæus Paulus, fratres, in Orientem conceſſerint.

BAlduino principe inclyto regni Conſtantinopolitani ſceptra tenente, anno ſcilicet ab incarnatione Domini [a] M. CC. LXIX] duo Viri nobiles & prudentes [b] è clariſſima Paulina familia nati,] cives Veneti, [c] navem variis onerantes mercibus communi conſenſu Venetiis ſolventes [d] proſpero vento & Deo ducatum felicem præſtante, [e] ſulcarunt mare mediterraneum, & per anguſtas Boſphori fauces contendentes,]. Conſtantinopolim pervenerunt. Ubi cum paucis quieviſſent diebus, iterum velis ventum dantes [f] trajecerunt Pontum Euxinum,] appuleruntque ad portum civitatis Armeniæ, quæ Soldadia appellatur, & ræparantes jocalia pretioſa curiam cujusdam Regis magni Tartarorum [g] Barka dicti, ingreſſi, illi

 obtu-

obtulerunt quicquid optimum habebant. Ille vero gratiſſima & libere oblata munera non aſpernans viciſſim placido illos ſuſcipiens vultu, multo majora tribuit quàm illi contulerunt. Per annum autem cum illo commorantes rege, Venetias redire ſategerunt. Et qvum id molirentur, ſubito inter regem Barka & alium quempiam Tartaricum regem *h* Allau nomine, lis oboritur cruenta, & aliquandiu inter ſe confligentes, exercitu Barkæ devicto, ſors regi Allau victoriam conceſſit. Sicque memorati fratres, bellorum ſæviente tumultu præpediti, varia captant conſilia, quam eligant viam, per quam vitæ ſublato diſcrimine in patriam revertantur: tandemque judicant per varias itinerum ambages circuire regnum Barka, & furentium evadere manus: & id tentantes pervenerunt ad civitatem quandam *i* Guthacam nomine, à qua ultra progreſſi Tigrim *k* trajiciunt, & XVII diætas facientes in deſerto quodam magno, in quo neque habitatores neque oppida inveniuntur, ad Bocharam civitatem Perſidis inſignem profecti ſunt; præſidente illi Barach rege: ibique annis tribus manſerunt.

a MS. *M. CCLII.* vid. Ind. Hiſtoric. *b* deeſt MS. *c* MS. add. *fratres.* *d* MS. add. *horum major vocabatur Nicolaus, alter v. Matthaeus.* *e* deeſt MSto. *f* deeſt MSto. *g* MS. *Barba:* & ſic ſemper. *h* MS. *Alan.* Et ſic ſemper. *i* MS. *Gricbata.* *k* MS. add. *qui eſt unus de quatuor fluminibus Paradiſi.*

CAP. II.

Qualiter adierunt curiam regis magni Tartarorum.

EO tempore vir quidam gravis & inſignis à rege Allau ad maximum Tartarorum Regem deſtinatus, *b* Bocharam pernoctaturus venit, & illic præfatos viros inveniens, qui jam linguam *a* Tartaricam erant edocti, ſupra modum hilaris efficitur, cogitatque quomodo perſuadeat, ut ſecum ducat hos

occi-

occidentales viros, inter Latinos natos, ad præſentiam maximi Tartarorum Imperatoris, ſciens ſe illi in hoc gratificaturum, & nihilominus viros debito ſuſcipiendos honore, & largis donandos muneribus, potiſſimum quum jam ex multiplici colloquio gratiſſimos ipſorum exploraſſet mores. Viri igitur illi advertentes ſe non facile & abſque periculo poſſe domum reverti, inito conſilio memorato adhærent ambaſiatori, iterque cum illo ſuſcipiunt ad Tartarorum Imperatorem, comites habentes qvosdam alios Chriſtianos, qvos ſecum è Venetiis duxerant, & ſolventes à loco Bochara, *b* poſt multos transactos menſes] perveniunt ad maximum omniũ Tartarorum Regem *c* Cublai vocatum, qvẽ etiã magnũ *d* Cham] appellant, hoc eſt magnũ regem regum. Porrò qvòd tam prolixum tempus inſumpſerunt, donec ad magnũ venirent Cham, aliud in cauſa non fuit, qvam qvod in frigidiſſimis regionibus *e* Aquilonem verſus] nives plurimas, & aquarum inundationes invenerunt, qvæ viam illis præcluſerunt. *f*

a MS. *Tartaream.* *b* MS. *Spatio unius anni.* *c* MS. *Cublay.* Et ſic ſemper. *d* MS. *linguá ejus magnus Caam.* *e* MS. hoc loco non habet. *f* MS. add. *Fuit a. via ipſorum anno ipſo ſubſequendo ventum Aquilonarem, qui à Venetis dicitur vulgatè Transmontana. Quæ a. in via viderunt, ſuo loco in libro hoc per ordinem deſcribentur.*

Cap. III.

Quanta humanitate à magno Cham ſuſcepti ſunt.

ADducti igitur ante conſpectum magni Imperatoris *a* Cham, perbenigne ab eo ſuſcepti ſunt. Interrogavit autem eos de multis, utpote de regionibus occidentalibus, de Imperatore Rom. atqve aliis regibus & principibus, qvaliter ſeſe gererent in regimine, & rebus bellicis: qvo pacto pax, juſtitia & concordia inter eos conſtaret: item quales mores & vivendi ritus eſſent apud Latinos; & præſertim qvalis eſſet noſtra Chri-

ſtiana religio, *b* qvalisqve Papa ſummus illius moderator.] Et adhæc memorati viri ſingillatim reſpondentes, eo Imperatorem ſuis deduxerunt verbis, ut libenter illis auſcultaret,& ſæpe ad ſe introduci juberet.

a *Kaam.* ſic ſemper. *b* Non eſt in MS.

CAP. IV.

Mittuntur à magno Cham dicti viri ad Pontificem Rom.

QUadam itaqve die magnus Cham cum regni ſui principibus inito conſilio rogat Latinos, ut *a* nomine ſuo] ad Papam proficiſcentes, una cum barone qvodam *b* Gogaca nomine, viro aulico & optimo, atqve apud illum agant, ut centum viros ſapientes & in lege Chriſtiana doctos ad ſe dirigat, qvi ſapientibus ſuis oſtendere poſſint, Chriſtianorum fidem cæteris omnibus ſectis præferendam *c* atqve unicam ſalutis eſſe viam,] qvódqve Dii Tartarorum eſſent dæmones, qvi *d* Orientalibus in ſui cultura impoſuiſſent. *e* Nam qvum is Imperator multa audiſſet de fide catholica, & interim adverteret, qvàm mordicus ſui ſapientes conarentur ſuam defendere fidem, in ambiguo poſitus neſciebat, cui tuto animum ſuum inclinaret, quamqve ut veram amplexaretur viam.] Illi itaqve *f* debitam regiæ majeſtati exhibentes reverentiam pollicentur ſe commiſſa fideliter exſecuturos, & literas *g* qvas ab eo Romano Pontifici offerendas acceperint, præſentaturos. Ipſe verò tabulam auream ſigno regali ſculptam & & inſignitam juxta imperii ſui conſuetudinē illis tradi jubet, qvam commeatus loco ſecum per totū ejus imperium deferentes ubiqve à provinciarum & civitatum rectoribus per loca diſcriminoſa ſalvi deducerentur, atqve expenſas ab eisdem reciperent, & quacunqve tandem re opus in itinere haberent, illis Imperatoris nomine ſuppeditaretur. Rogabat qvo-

qvoqve eos Imperator, ut nonnihil de oleo lampadis, qvæ juxta dominicum ſepulchrum Jeroſolymis ardebat, ſibi in reditu deferrent, [h] credens ſibi illud non parum profuturum, ſi Chriſtus mundi eſſet Salvator.] Illi igitur Imperatori valedicentes arripiunt iter, literas & auream tabulam ſecum deferentes. Qvumque XX diætas eqvitando peregiſſent, [i] Gogacal, qvi illis ab Imperatore aſſociatus erat, graviter ægrotare cœpit. Unde conſilio inito, eo illic relicto, ipſi cœptum proſeqvuntur iter, ubiqve ob Imperatoris ſignum humaniter ſuſcepti. Pluribus tamen in locis ob fluminum inundationes pedem ſiſtere coacti ſunt; ut etiam tres annos citro ultroqve abſumpſerint, priuſqvam ad portum civitatis Armeniorum [k] Galza nomine pervenerint. A Galza recta ad Anconem tendunt anno ſcilicet Domini M. CC. LXXII. menſe Aprili.

a MS. *ob amorem ſui.* *b* MS. *Gogatal.* *c* Def. MS. *d ipſis & Orient.* *e* MS. *deſiderabat enim rationabiliter & apertè, qua fides eſſet rationabilius imitanda.* *f cumque procidiſſent coram eo humiliter.* v. cap. 7. *g in lingua Tartarorum.* *h credebat enim Chriſtum unum eſſe in numero bonorum.* *i Baro Cotagal.* *k Glaza.*

CAP. V.

Quomodo ſummi Pontificis expectarint creationem.

INgreſſi autem urbem Anconam audierunt Dominum Clementem Papam Qvartum nuper defunctum, aliumqve neminem in locum ejus ſurrogatum: de qvo non parum contriſtati ſunt. Erat tunc Anconæ legatus qvidam ſedis Apoſtolicæ, dominus ſcilicet [a] Thedaldus [b] Comes de Placentia, cui cuncta qvæ in commiſſis habuerunt, exponentes indicabant, qvomodo à magno Cham miſſi fuiſſent. Ille vero conſulebat, ut novi Pontificis expectarent creationem. Abeuntes itaqve interim Venetias ſuos inviſuri, & illic quouſqve alius inſtitueretur Pontifex

manſuri, invenit Nicolaus Paulus uxorem ſuam *c* extremum clauſiſſe diem, qvippe qvam in receſſu ſuo prægnantem reliqverat: filium verò Marcum nomine, qvi jam annos ætatis XV habebat] atqve poſtea hunc librum conſcripſit, ſanum & incolumem invenit. Porrò electio Rom. Pontificis ad duos uſque annos eſt protracta.

a Theobaldus. b de Vicecomitibus. c defunctam, quæ in receſſu ejus prægnans fuerat. Invenitque filium Marcum nomine, qui jam annos XV habebat ætatis, qui poſt deceſſum ipſius de Venetiis natus fuerat de uxore præfata.

CAP. VI.

Qualiter regreſſi ſint ad regem Tartarorum.

ANnis duobus poſtquam redierunt in patriam elapſis, morati duo fratres timentes Imperatoris Tartarorum turbationem, qvem ipſorum reditum ſciebant expectare, revertuntur Anconam ad Legatum, ſecum ducentes Marcum filium, longi itineris futurum comitem. *a* Acceptiſq; à legato literis, qvas Tartarorum Imperatori deferrent, in qvibus plenius Imperator edocebatur ea qvæ fidem concernunt catholicam, abire iterum in Orientem diſponunt] Illiſqve paululum ab Ancona digreſſis, *b* nuntii veniunt à Cardinalibus ad legatū, indicantes illi, ſe in ſummum electum Pontificem, poſtea Gregorium dictum. Qvo audito illi commiſſis nuntiis Venetus revocat, & ne abeant monet, parans alias illis literas, qvas Tartarorum offerrent ſummo principi:] qvibus & duos adjunxit fratres prædicatores, viros probitate & literatura conſpicuos, qvorum unus *c* Nicolaus, alius vero *d* Gvilhelmus Tripolitanus vocabatur, qui tunc Anconæ moram trahebant. Abeuntes itaqve una venerunt ad *e* Glaciam portum maris in Armenia. Et quoniam Sultanus Babyloniæ tunc magno coacto exercitu Armenos inſa-

invaſerat, cœperunt memorati fratres ſibi timere, atqve viarum volentes vitare diſcrimina & guerrarum pericula, cum magiſtro templi in Armenia manſerunt. nam non ſemel in mortis periculum inciderunt. Nuntii vero Veneti omni ſeſe periculo exponentes cum multis laboribus & magna difficultate ad Tartarorum Imperatorem in civitatem qvæ *f* Clemeniſu appellatur, pervenerunt. *g* nam iter eorũ hiemali tempore propter nives & frigora atq; aquarum inundationes ſæpe ad longum tempus impediebatur. Porrò Rex Cublai audiens eos adventantes qvi adhuc longisſime aberant, per qvadraginta diætas nuntios illis obviam miſit, qui eos conducerent, & neceſſaria quæq; pro itinere ſuppeditarent.

a MS. *De licentia vero legati ſepulcrum Domini in Jeruſalem viſitantes oleum de lampade ſepulcri, ut rex poſtulaverat, acceperunt, & acceptis literis legeti ad regem redierunt Tartarorum, quibus eis teſtimonium perhibebat, quod fideliter egerant, & quod Romana Eccleſia nondum erat de Paſtore proviſa, iverunt ad Glaciam.* *b* MS. *Legatus prænominatus recepit Cardinaliũ nuntios, quod ipſe in ſummum Pontificem electus erat, impoſterum nomine Gregorius. Et misſis nuntiis ſtatim revocavit eos reverſos, & alias literas tradidit ad Tartarorum regem.* In vetere editione ſunt quædam: ſphalmata & apparet legendum in ea eſſe, *Quo audito ille misſis nuntiis Venetos revocat.* *c* *Fr. Nicolaus Vincentius.* *d* *Fr. Gilbertus Tripolitanus.* *e* Glaciam. *Clemeinſu.* *g* MS. add. *Fuerunt in itinere annis III & dimid.*

Cap. VII.

Quomodo Veneti à Tartarorum Imperatore ſuſcepti ſunt.

Regis itaqve curiam adeuntes, & ante conſpectum ejus ducti, prociderunt coram eo in faciem, reverentiam conſuetam exhibentes. A quo humaniter ſuſcepti jubentur ſurgere, & qualiter varia viarum penetrarint diſcrimina, qvidque cum Romano egerint Pontifice, jubet enarrare. Illi verò cuncta ordine exponunt, & allatas Pontificis *a* literas Imperatori exhibent. Qva de re Rex mirum in modum lætatus fidelem illo-

illorum commendavit ſolicitudinem. Oleum quoque de lampade dominici ſepulchri allatum & oblatum accepit ab illis, & cum honore reponi juſſit. Et qvum intellexiſſet Marcum Nicolai eſſe filium, blanda facie illum ſuſcepit, omneſque tres illos patrem & filium atq; patruum tali dignatione proſecutus eſt, ut ab omnibus aulicis deinceps ſuſpicerentur & in honore haberentur.

a MS. add. *Gregorii.*

CAP. VIII.

M. Paulus quam gratus factus ſit Tartarorum Imperatori.

MARCUS itaqve brevi tempore in aula magni Cham Tartarorum addiſcens mores, atque quatuor a varias] gentis illius linguas edoctus, quas nedum legere, verum & ſcribere didicit, omnibus carus effectus eſt, & in primis Imperatori. Qvi ut hominis prudentiam magis conſpicuam redderet, negotium illi commiſit in longinqva expediendum regione, ad qvam ſex menſium ſpatio vix pervenire poterat. Ille vero prudenter omnia gerens, non ſine laude & principis gratia, qvæ in mandatis acceperat, transegit. Et ſciens Imperatorem oblectari novitatibus, diligenter ſcrutatus eſt in regionibus qvas pertranſivit conſuetudines & mores hominum, conditiones & naturas animalium, atqve harum rerum veridica relatione mirum in modum ſibi devinxit Regem, ut etiam rex in magnis obeundis regni negotiis hoc uteretur per XVII annos viro, mittens illum ad diverſas latisſimi imperii ſui terras. Is vero præter id qvod regis exeqvebatur cauſas, etiam terrarum obſervabat proprietates, provinciarum & civitatum conſiderabat ſitus, & qvæ mira in locis vel contigerunt vel inveniuntur, calamo excipiens, tandem nobis occidentalibus patefecit, b id qvod ſecundus liber explicat.]

a MS. *varias & diverſas.* b *quæ infrà diligentius deſcribentur.*

CAP.

Cap. IX.

Quomodo Veneti poſt aliquot annos obtenta licentia redire diſpoſuerint.

MOrantes autem aliquanto tempore Veneti apud magnum Cham, patriæ viſendæ accenſi deſiderio, à rege abeundi licentiam petunt. Is vero eorum oblectatus præſentia, difficile ad id inclinari potuit. Accidit ta- interea ut rex Indorum Argon nomine tres inſignes viros eret ad curiam magni Cublai, quorum nomina fuerunt *a* Cu- , *b* Ribuſca & *c* Coila, qui agerent cum eo ut aliquam ex pia ſua ei traderet in uxorem. nam uxor ejus *d* Balgana no-] nuper mortua, *e* in teſtamento reliquerat, & maritum averat,] ne ab alia quam à ſua familia aliam duceret uxo- Rex itaque Cublai illorum obſequutus petitioni, puellam dam XVII annorum nomine *f* Gogatim, è ſtemmate ſuo natam, illis aſſociat, inque uxorem Argonis conſecrat. Nun- ro qvum reginam abducturi eſſent, & advertiſſent *g* Vene- atriam ſuam ſitire] rogabant Cublai Regem, ut pro honore Argonis hos ſecum abire permitteret, qui novam reginam diam conducerent, & inde ad loca ſua reverterentur. Ille erum inſtantia & petitione devictus, etiam invitus Venetos permiſit.

atay. b Apuſta. c Coyla. d def. MS. *e* def. MS. *f Coga- . g quod Dominus Nicolaus, Matthaus & Marcus deſiderabant ad pro- s redire.*

Cap. X.

Quomodo Venetias redierint.

Olventes itaqve à Cublai aula quatuordecim paratas naves, & ſufficienti *a* commeatu oneratas, quarum qvælibet *b* qvatuor malos atqve totidem vela] habebat, intrantes acce-

perunt à rege *c* duas tabulas aureas regali charactere inſignitas, quas per omne imperium ſuum, & per tã multas provincias præfectis oſtenderent, à quibus ſecurum conductum, victualia, & alia neceſſaria perciperent. Adjunxit qvoque illis *d* ambaſiatores aliqvos ad ſummum Pontificem, & *e* ad reliqvos qvosdam Chriſtianos Reges. Et navigio hinc diſcedentes, poſt tres menſes venerunt ad inſulam quandà *f* Jana nomine, *g* & inde per Indicum vagantes mare poſt multum temporis veniunt ad regis Argonis palatium, allatamque illi præſentant puellam. At *h* ille filio ſuo hanc tradidit uxorem.] Plurimi autem deſiderati ſunt ex his ſexcentis viris, quos pro adducenda puella Rex ad Tartarum miſit, qui in itinere eundo & redeundo ſpiritum exhalarunt. Porro Veneti cum ambaſiatoribus hinc recedentes ab alio Vicerege, qui *i* regno pueri loco præerat,] Acata nomine, alias *k* duas aureas & *l* commendatitias tabulas more gentis illius acceperunt, atque ſalvi cum honore ex regno illo deducti ſunt, & poſt multum temporis multis exantlatis laboribus protegente domino Conſtantinopolim perveniunt, atque inde cum divitiis & honorifico comitatu, incolumes Venetias redierunt, anno ſcilicet Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, gratias agentes Deo, qui eos de periculis multis liberatos ſalvos domum reduxit. Hæc à principio hujus libri breviter & ſummate annotare libuit, ut lectori conſtet, quomodo, & qua occaſione Marcus Paulus Venetus, hujus libri compilator, hæc quæ ſeqvuntur omnia inveſtigare potuerit. *m*

a MS. addit, *ad biennium.* *b* *malos quatuor velis.* *c* MS. addit, *qui multã de Chriſtianorum receſſu diſplicentiam habuit.* *d* MS. *ambaxiatas.* *e* *ad quoſdam Reges Chriſtianorum.* *f* Sic & in MS. *g* MS. add. *ad curiam regis Argon, quem mortuum repperierunt.* *h* *puellam v. quam pro rege duxerant, filius ejus recepit uxorem.* *i* *regem pro puero gubernabat.* *k* *quatuor.* *l* *preceptorias.* *m* MS. add. *Fuit autem Marcus in Orientis partibus annis XXVI diligenter per eum univerſo tempore computato.*

Cap. XI.

De Armenia Minori.

PRæmiſſa generali itinerum noſtrorum deſcriptione, nunc
ad particularia deſcendentes ſingulas regiones quas per-
ambulando luſtravimus denuo reviſentes, qvid in eis vi-
derimus & experti ſimus, annotaturi.] *b* Igitur Armenia
or quam primo intravimus, juſtitiæ conſervatione, & bona
ernatione conſiſtit.] 'Habet regnum ipſum civitates mul-
plurima oppida. ſolum quoque ipſorum fœcundum eſt &
nullius rei neceſſariæ indiga. venationes beſtiarum & avi-
illi non deſunt. aër qvoqve ipſe nulla corruptione infectus,
ibus gratum præſtat ſpiraculum. Incolæ verò regionis illi-
vi olim ſtrenui fuere bellatores, nunc otio torpentes molles
fœminati effecti, potationibus & luxui vacant. Eſt civitas
dam in hoc regno juxta mare ſita *c* Glacia nomine, optimum
ens portum, quò plurimi conveniunt mercatores ex variis
onibus, etiam à *d* Venetiis & Janua propter varias merces
illuc deferuntur, præſertim aromata diverſarum ſpecierum,
qve pretioſas qvasdam opes ex orientalibus regionibus illuc
dinationis gratia delatas. nam eſt is locus veluti porta quæ-
orientalium regionum.

*S. Narratione facta noſtri itineris, nunc ad ea narranda, quæ vidimus,
cedamus.* *b* *Primò autem Armeniam minorem deſcribemus breviter.
menia duæ ſunt, Major & Minor. Armeniæ minoris regnum Tartaris tribu-
rium eſt. Ibi invenimus Regem Regum in juſtitia conſervantem regnum.*
In MS. etiam *S. Marci civitas* dicitur. *d* def. MS.

Cap. XII.

De provincia Turchiæ.

TUrchia provincia collectæ gentis, continet populos ex
Græcis, Armenis, & Turchis. Habent Turchæ linguam
propriam, ſub lege deteſtabilis *a* Mahumeti viventes. Sunt

 homi-

homines indocti rudes & agreſtes, in montibus & vallibus habitantes, atqve paſcuoſa loca cæteris præeligentes. nam habent greges magnos jumentorum atqve *b* porcorum. habent *c* & mulos; ſed illi in magno ſunt valore. Græci vero, & Armeni qui inter illos habitant, civitates & oppida poſſident, operamqve ſuam in ſericum collocant. Habent autem civitates multas, inter qvas præcipuæ ſunt Gomo, *d* Cæſarea & Sebaſte, ubi beatus Baſilius martyrium pro Chriſto ſuſcepit, unumque ex Tartarorum regibus Dominum agnoſcunt.

a Macometi. b pecorum. c & equos. d Caſſorie.

CAP. XIII.

De Armenia Majori.

ARmenia major provincia maxima Tartaris tributaria, civitates multas habet atq; oppida. Metropolis ejus Arzinga vocatur, fitque ibi *a* Buchiramus optimus. Scaturiunt quoqve ibi aqvæ ferventes, corporibus humanis abluendis & medendis ſaniſſimæ. Aliæ vero inſigniores poſt metropolim civitates ſunt *b* Argyron & Darzirim. Æſtivis diebus plurimi Tartari illuc divertunt cum gregibus & armentis, uberioris paſcuæ gratia illecti. Et rurſum hiemali tempore ob nivium inundantiam ad tempus ſecedunt. In montibus hujus Armeniæ *c* remanſit] arca Noæ. Habet hæc regio ab oriente confinem provinciam *d* Zorzaniorum. Ab Aquilone vero] fons qvidam magnus invenitur, de qvo liqvor oleo ſimilis ſcaturit, ad condimentum qvidem cibi inutilis; lampadibus vero concinnandis & nutriendis, aliisqve rebus inungendis, commodiſſimus. *e* unde vicinæ qvæqve nationes concurrunt & de fonte illo omnes pro lucernis alendis haurire contendunt.] tam enim indeſinenter hic fons fluit, ut etiam *f* multæ] naves oleo ejus onerata in alias abducantur regiones. *a Bucuramus. b Agiron. c eſt. d Moſul. Ad Aquilonem verò eſt affinis provincia Zorzanorum. In confinio hujus provinciæ ad aquilonem. e* def. MS. *f centum.*

CAP.

Cap. XIV.

De provincia Zorzania.

ZOrzania provincia *a* Tartarorum regi tributa offert, eumqve Dominum ſuum agnoſcit *b* Sunt autem Zorzanii homines pulchri, in armis ſtrenui atqve in arte ſagittaria periti. Sunt etiam Chriſtiani Græcorum obſervantes ritum. illos nutriunt breves, ut clerici occidentales. *c* Eſt provin eorum aditu difficilis, præſertim ab oriente. illic enim ar ſima eſt via, ab uno latere habens mare, & ab altero montes, qvam qvatuor leucarum ſpatio eundum eſt, donec in provin n veniatur. Unde pauci homines ibi magnum exercitum ngreſſu arcere poſſunt. Habent incolæ multas civitates & ra, abundantqve ſerico. de qvo pulcherrimos holoſericos pa pannos. *d* Qvidam eorum labori manuali operam impen t, alii vero mercimoniis diſtrahendis. Terra ipſa ſatis ferti ſt. *e* Id mirabile ajunt in hac terra reperiri. Eſt lacus qvi magnus in ea, ab aqvis montium collectus, vocatus mare *f* lucelam, in gyra habens circiter ſexcenta milliaria, qvi per m anni ſpatium nullos mittit piſces, præterquam per quadra mam uſqve ad ſabbatum ſanctum. Diſtat is lacus à reliqvis oribus duodecim diætis. Ajunt qvoq; Euphratem fluvium *g* ia qvædam flumina in hunc ruere lacum. *h*

egem habet Tartarorum Regi tributarium. *b* MS. add. *Fertur quod rtarorum Reges cum ſigno aquilæ ſuper humeris antiquitus naſcebantur.* MS. add. *Fertur quod Magnus Alexander volens ad Zorzanios tranſire, n potuerit*, &c. *d* MS. addit, *Auſteres optimi ibi ſunt. Terra ferti ſ eſt.* *e Ibi eſt Monaſterium S. Gilberti monachorum Orientalium, juxta od Lacus magnus.* *f Cheluchelam.* *g unus de quatuor fluminibus Pa diſi.* *h In illis partibus invenitur ſericum, quod vulgariter dicitur Chella.*

CAP. XV.

De regno Moſul.

REgnum Moſul ad Orientem ſitum, partim confine eſt Armeniæ majori: habitantqve in eo Arabes *a* Mahumetum colentes, & multi Chriſtiani, Neſtoriani atqve Jacobini: qvibus præeſt patriarcha magnus, qvem ipſi *b* Jacelich vocant. Fiunt ibi panni pulcherrimi ex ſerico & auro. Cæterum in montibus hujus regni habitant homines Cardi appellati, qvorum qvidam Neſtoriani ſunt, alii Jacobini, & qvidam Mahumeti ſunt ſectatores, atqve magni prædones.

a qui Macometum adorant. b Jacolich.

CAP. XVI.

De civitate Baldachi.

ESt in partibus illis civitas qvædam inſignis Baldachum nomine, qvæ in ſcripturis ſacris Suſis appellatur, in qva *a* manet prælatus *b* magnus Saracenorum, qvem ipſi Caliphum *c* vocant. *d* Non invenitur in partibus illis nobilior qvam illa ſit civitas.] Parantur ibi ex auro & ſerico pulcherrimi panni, iiqve *e* ſub varia habitudine.] Anno ab incarnatione Domini M. CC. L magnus Tartarorum Rex Allau obſedit atqve tam acriter oppugnavit hanc urbem, donec caperet eam. Erant tunc plura qvam centum millia armatorum in civitate. Sed Allau longe fortior illis erat. Cæterum Caliphus urbis Dominus turrim habebat plenam auro, argento, & lapidibus pretioſis, atqve *f* reliqvis jocalibus; ſed avaritiæ ſtimulis ſauciatus noluit collectum theſaurum in milites *g* ſpargere, illisqve munera largiri, ideoq; ipſe cum civitate periclitatus eſt. Nam Allau rex obtenta civitate

Caliphum cepit & in turrim illam, in qva theſaurum ſuum
ſuit, conjecit, negatoqve omni cibo & potu ait illi: Si the-
um hunc non tam avare & tenaciter ſervasſes, teipſum & ci-
em liberaſſes: nunc igitur fruere theſauro tuo & ex eo co-
e atque bibe, qvem tantopere dilexiſti. In hunc itaqve mo-
miſer ille theſauro ſuo incumbens fame *h* periit. Tranſit
hanc urbem fluvius qvidam magnus, atqve in oceanum In-
m ſe effundens: à cujus oſtio urbs ipſa decem & octo diſtat
s, ut citra magnum incommodum innumeræ merces ab In-
ad eam adduci posſint. Porrò fluvius ipſe *i* originem ſumit
itate] Chiſi. Eſt qvoqve civitas alia inter Baldachum &
, Baſcia nòmine, qvæ magno palmarum nemore circunda-
de qvo maxima dactylorum colligitur copia.

bitat. b major. c vocant d def. MS. *e diverſarum materiorem & mirabilibus immenſi valoris. g quos habebat. h quarto die. i ter-natur ad civitatem.*

Cap. XVII.

De civitate Tauriſii.

illis qvoqve partibus eſt Tauriſium nobilisſima civitas, in
va multiplices exercentur mercantiæ. nam ſunt ibi gemmæ
etioſæ, panni auro texti atqve holoſerici, cum aliis variis
ercibus. Et qvoniam civitas in optimo ſita eſt loco, con-
unt ibi plurimi negotiatores ex variis mundi partibus; ab In-
à Baldacho, Moſulo & Cremoſor. Ex Latinorum qvoq; ter-
nonnulli nundinandi gratia illuc concedunt. nam mercato-
plurimum hinc ditantur. Cives Mahumetum venerantur,
qvidam Neſtoriani atqve Jacobini etiam ibi inveniantur.
t in circuitu civitatis horti pulcherrimi & amœni, unde inco-
lurimos & optimos colligunt fructus.

Cap.

CAP. XVIII.

Quomodo miraculoſe mons quidam in alium locum fuerit translatus.

EST mons qvidam in regione illa *a* haud longe à civitate Tauriſii] qvi olim virtute divina à loco ſuo hac occaſione dimotus eſt. Accidit ſemel ut Saraceni Evangelium Chriſti blaſphemare volentes, & veluti vanam doctrinam Chriſtianis improperantes dicerent: Eſt ſcriptum in Evangelio veſtro: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, & dixeritis monti huic, Tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Nunc igitur, ſi fides veſtra caret errore, amovete montem hunc, & probate Evangelii virtutem. Et qvoniam Chriſtiani ſub perfidorum illorum dominio erant, cogebantur vel montem illum transferre, vel Mahumeticam ſubire legem: & ſi neutrum facerent, gladio ferirentur. Tunc vir qvidam in Chriſti fervens amore & fide, confortavit puſillanimes, & fuſa oratione ad Dominum cum tota fiducia dixit monti: Abi hinc. Quod vidente multitudine illico factum eſt. De quo miraculo multi Saracenorum converſi, Chriſtum confiteri cœperunt.

a inter Tauriſium & Baldachum.

CAP. XIX.

De regione Perſarum.

PErſia maxima & latiſſima eſt provincia, fuitque olim nobilis & magni nominis: nunc verò à Tartaris diſſipata *a* obſcurior eſt quam unquam fuerit. Abiit tamen nomen ejus in viciniores quaſque provincias, ut etiam] hodie Perſidis provincia octo complectatur regna: quorum primum vocatur *b* Chaſum, ſecundum *c* Churdiſtam, tertium Lor, quartum *d* Cielſtam,

lſtam, quintum *e* Inſtanich, ſextum *f* Zerazi, ſeptimum *g* ham, octavum *h* Timochaim; & eſt in finibus Perſarum: ſunt- ibi eqvi magni & pulchri, ut etiam qvandoqve unus veneat ducentis libris Turonenſibus. Ducunt autem eos negotia- es ad civitates Chiſi & *i* Curmoſa, *k* in litore maris] ſitas, e in Indiam venduntur. Aſini quoqve ibi ſunt pulcherrimi ptimi, ut etiam unus vendatur pro triginta *l* argenti ponderi-] Homines vero in regionibus illis peſſimi ſunt, rixoſi, præ- es, & homicidæ, fidem Mahumeti profitentes. Mercatores im occiduntur ab illis prædonibus, niſi catervatim per iti- incedant. In civitatibus tamen ſunt optimi artifices, qvi in , ſerico, & opere *m* acupictorio mira faciunt. Abundant bice, tritico, hordeo, milio, *n* aliisque frumenti ſpeciebus.] i quoqve & fructuum habent ubertatem.

f. MS. & add. *in quadam autem ipſius regione ignis pro Deo colitur.* *b Ga- m.* *c Curdiſtam.* *d Cslieſtam.* *e Yſtanich.* *f Ceſari.* *g Sencara.* *Tymochaim.* *i Cremoſa.* *k ſupra Indicum mare.* *l marcis & ul- s.* *m plumario.* *n panicio, omnique blado.*

Cap. XX.

De civitate Jasdi.

sdi eſt civitas magna in eadem regione, in qva multæ fiunt ercantiæ. Habet quoque & ipſa ſubtiles artifices, qvi in ſe- co laborant. Colunt etiam Mahumetum. Ultra Jasdi per ptem diætas non eſt ulla hominum habitatio uſqve ad civita- *a* Crermam: ſed ſunt loca campeſtria atqve nemoroſa, in us multæ ſunt venationes. Inveniuntur qvoqve ibi *b* magni tices, & hi in magna multitudine.

rinam. *b onagri & coturnices.*

CAP. XXI.

De civitate a *Crermam.*

CRermam eſt civitas inſignis, ubi in montibus plurimi reperiuntur lapides, *b* Turchici vulgo appellati. Sunt quoqve ibi mineræ chalybis & *c* andanici. Item habent falcones nobiles, volatum perniciſſimum habentes, minores tamen falconibus peregrinis. Habet Crermam artifices diverſorum armorum, qvi fabricant frena, calcaria, ſellas, ſpatas, arcus, pharetras, & alia inſtrumenta juxta uſum patria illius. Mulieres verò diſtinentur opere plumario, facientes culcitras, & cervicalia ſpecioſa. A *d* Crermam ultra progrediendo itur per magnam planiciem, exactoqve ſeptem dierum itinere pervenitur ad deſcenſum qvendam, qvi duorum dierum ſpatio vix tandem perficitur, veſtigio ſemper in declivum inclinato. In planicie multi inveniuntur *e* perdices, itemque caſtra & oppida. In declivi vero deſcenſu ſunt arbores multæ & frugiferæ, ſed non eſt ibi habitatio niſi paſtorum. Habet hæc regio *f* hiemali tempore] intolerabile frigus.

a Crerina. b Turchiſci. c audannici. d Crerina. e pernices. f. def. MS.

CAP. XXII.

De civitate a *Camandu & regione* b *Reobarle.*

VEnitur poſt hæc ad planiciē qvandā magnā, ubi civitas qvædā ſitaeſt Camandu nomine, qvæ olim magna fuit, ſed nunc à Tartaris dirutaeſt, *c* retinuitq; regio ab ea vocabulū.] Inveniuntur ibi in magna copia dactyli, *d* piſtachi, poma paradiſi, atque alii varii fructus, qui in regionibus noſtris non creſcunt. Habet quoque regio illa aves quæ *e* ſincolinæ dicuntur, permiſti coloris

s albi ſcilicet & nigri, quarum pedes & roſtra rubeſcunt. Ha-
item boves maximos, & in univerſum candidos, cornua bre-
& minime acuta in capite geſtantes, camelino gibbo dorſo
um imminente, unde tam fortes redduntur, ut ad magna o-
geſtanda facile aſſveſiant. Et qvum clitellæ gibbo impo-
tur ut cameli genu flectunt, & rurſum ſuſcepto onere ſurgunt,
b hominibus edocti. Arietes illius regionis non minores
aſinis, caudam ferentes tam longam & latam, ut triginta li-
um pondus habeant. Sunt pulcherrimi & pingves, atqve
ſum optimi. Sunt præterea in hujus regiones planicie multæ
tates & oppida, ſed qvæ muros habent luteos atque incom-
tos, fortes tamen. Nam ſunt in ea regione multi prædones
os Caraonas vocant, habentque regem.] Utuntur hi præ-
es incantationibus: & qvando ad prædam excurrunt, arte il-
iabolica id efficiunt, ut aër interdiu per magnum temporis
ium adeò obſcuretur, ut à nemine videri & caveri posſint, pro-
ntqve hujusmodi caliginem interdum qvinqve & aliqvando
em diebus, & interim campos pervagantes in maximo nu-
o, ut etiam quandoqve turma eorum decem millia graſſato-
complectatur, in aciem bellatorum more ſe redigunt, & in
m diffuſi ſic procedunt, & quicqvid obviam illis venit, homi-
& jumenta capiunt, juvenes venum exponunt, ſenes vero
dunt. Ego Marcus qvi hæc ſcribo, ſemel in hanc incidi
ginem: & qvoniam parum aberam à caſtro, quod Canoſalim
tur, facile periculum evadere potui ad caſtrum fugiendo. Plu-
tamen è comitiva mea in retiaculum illud dæmoniacum inci-
tes, partim venditi, & partim interfecti fuerunt.

*mandi. b Reolbarde. c Regio a. dicitur Reolbarda. d piſcali. e fan-
lini. f* def. MS.

Cap. XXIII.

De campeſtribus a formoſis, & civitate Cormos.

 Plani-

PLanicies illa de qva jam dictum eſt, meridiem verſus extenditur ad ſpatium quinqve diætarum. In extremitate vero ejus incipit via ſenſim deſcendere, ut per viginti milliaria ſemper in præceps cogaris ire: & eſt via ipſa peſſima, atqve ob prædatores periculis non carens. Tandem venitur ad campeſtria pulcherrima, qvæ in longum ad duas diætas ſe extendunt, vocaturque locus ipſe Formoſa. Abundat terra illa rivis aqvarum, & arboribus palmarum. Eſt quoque ibi copia diverſarum avium, præſertim *b* papagaiorum, quæ citra mare non habentur. Hinc pervenitur ad mare *c* Creanum, in cujus littore ſita eſt civitas *d* Cormoſa, optimum habens portum, ad qvam multi conveniunt negotiatores, ab India aromata, margaritas, *e* lapides,] pretioſos pannos aureos *f* & holoſericos,] denteſqve elephantorum, & alia pretioſa qvæqve afferentes. Eſt civitas illa regalis, habens ſub ſe civitates & caſtra. Regio vero ipſa calida eſt & *g* infirma. Si extraneus quispiam mercator in ea *h* moriatur, rex terræ omnia ejus confiſcat bona. Vinum faciunt in illa terra ex dactylis, atque aliis optimis ſpeciebus: tamen qui ei non ſunt aſſueti, & primum bibere cœperint, ventris fluxum cient: qvi vero asſveti fuerint, mirum in modum pingueſcunt. Incolæ loci non veſcuntur pane triticeo & carnibus, ſed con edunt dactylos, piſces ſalitos, & cepas. Naves habent non admodum tutas. nam non conſolidant eas clavis ferreis, ſed ligneis cum filis quibuſdam, quæ fiunt ex corticibus nucum Indicarum. Hi cortices in modum corii parantur, unde fila ſcinduntur, & ex filis funes fiunt fortiſſimi, *i* qui aqvarum impetum & aſſultum ferre poſſunt, nec ab aqvis facile corrumpuntur. Habent naves illæ unas arbores, una vela, unoſque temones, nec niſi uno teguntur opertorio. Pice non linuntur, ſed piſcium ſumine. Et qvum in Indiam transfretant, equos & alia onera ſecum deferentes, multas admittunt naves, qvod mare illud admodum tempeſtuo-

tuoſum ſit, & naves ferro non ſint communitæ. Incolæ il-
s regionis nigri ſunt, Mahumetiqve legi addicti. Æſtatis tem-
re, quando æſtus intolerabiles ſunt, non morantur in civitati-
s, ſed extra mœnia habent viridaria aqvis irrigata, & per cana-
huc illucqve aqvam trahunt, illicqve habitantes ſolis calo-
m aliquantulum ſubterfugiunt. Fit etiam non raro, ut à regi-
ne cujusdam deſerti, ubi nihil eſt præter ſabulum, ventus qvi-
am urens & vehemens ſpiret: & niſi homines illico fugam ca-
erent, nimio calore oppreſſi ſuffocarentur. Sentientes enim pri-
na illius venti ſpiracula, mox ad aqvas confugiunt delitescunt-
ue in eis, donec flatus expiraverit: atqve in hunc modum ar-
orem illum ab arena allatum effugiunt. Fit qvoqve in hac regi-
ne, ut *k* ſementem non niſi in Novembri in terram ſpargant &
n initio Martii ſegetem demetant: qvo tempore etiam alii fructus
maturescunt, & colliguntur. Nam poſt Martium arborum folia
& herbæ nimio calore percuſſæ exareſcunt, ut per totam æſtatem
nec unum virens folium, niſi juxta aqvas invenias. Mos eſt hu-
jus patriæ, qvum quiſpiam paterfamilias mortuus fuerit, ut uxor
ejus relicta quatuor annis continuis eum lugeat, ſingulis diebus
ſemel fletui vacans. Conveniunt etiam ad defuncti domum
conſangvinei ejus & vicini qviqve, magno rugitu illius mortem
deplorantes, atqve acerbas facientes querelas.

a Formoſa. b papagallorum. addit, *francolin. c Oceanum. d Cormos.* *e* def. MS. *f* def. MS. *g infima. h moratur. i conficiuntur ejusmodi cortices, ut coria, & fila corticum ſolidantur crine equorum. k blada.*

CAP. XXIV.

De regione quæ eſt inter civitates a *Cremos &* b *Crermam.*

UT etiam ad alias ſtylum vertam regiones, relicta jam India redeundum eſt mihi ad Crermam, ut hinc recto ordine progrediar ad eas qvas vidi & luſtravi terras. Igitur ſi greſ-

ſum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſum à Cremos verſus Crermam moveris, invenies magnam & pulcherrimam qvandam planiciem, nulla re quæ ad victum pertinet carentem: præſertim tritico abundat: verum panis ex eo confectus, ab iis qvi eo non ſunt asſueti, comedi non poteſt, adeò amarus eſt, ab amara aqua illi impaſta. Abundant etiam incolæ dactylis, & aliis ſuavibus fructibus. Habent inſuper thermas contra ſcabiem, & alias multas ægritudines efficaces.

a Cormos. b Crerina: ſic ſemper.

CAP. XXV.

De regione inter Crermam & Cobinam ſita.

EUndo à Crerma verſas civitatem Cobinam, occurrit iter tædioſiſſimum, qvippe qvod in longum ad ſeptem extenditur diætas, nullas ferè habens aquas, niſi perpaucas, & has qvidem ſalſas & amaras, viridem præ ſe ferentes colorem, perinde ac ſi herbarum eſſet ſuccus: & qvi vel paululum ex iis delibaverit, ventris profluvium evadere non poteſt. *a* Idem fieri ſolet ſi qviſpiam guſtet ſal ex ea aqva confectum. Neceſſe igitur eſt ut viatores aqvam aliam ſecum portent, ſi modo non velint ſiti periclitari. Jumenta qvoqve ipſa horrent, qvum aqvam illam bibere coguntur, nec ventris fluxum, ubi biberint, ſubterfugiunt. Nulla propterea eſt in illo deſerto habitatio hominum, neqve ferarum, exceptis onagris, qvod nec cibum nec potum illic habere posſint.

a MS. add. *& pro hauſto uno ferè XI vicibus provocaretur ad fluxum.*

CAP. XXVI.

De civitate Cobinam.

COBinam eſt civitas magna, copiam habens ferri, chalybis, & *a* audanici. Fiunt ibi *b* ſpecula de chalybe pulcherrima & magna. Fit qvoqve ibi tucia, quæ oculis medetur, & eſpon-

ndium; idque in hunc modum: Habet regio illa mineras,
vibus terram fodiunt, & in fornacem ignitam projectam de-
vunt, deſuper crate ferrea vaporem aſcendentem intercipi-
, in qua vapor conglutinatus, tucia efficitur. Materia ve-
groſſior, qvæ in igne remanet, eſpondium vocatur. Sunt hujus
r incolæ Mahumeti ſectatores.

ndavici. b ſpiculæ.

Cap. XXVII.

De regno a Timochaim, & arbore ſolis, quæ à Latinis arbor ſicca vocatur.

Relicta ad tergum civitate Cobina, occurrit deſertum aliud, habens in longitudine iter octo dierum, eſtqve in eo ariditas magna. Caret arboribus atqve fructibus: & aqvæ qvas habet amariſſimæ ſunt, ut etiam jumenta eas bibere uſent: & niſi viatores aquam ſecum deferrent, ſiti periclitatur. Superato verò hoc deſerto venitur ad regnum Timoim: in quo multæ ſunt civitates & caſtra. Eſt regnum illud fine Perſidi à parte Aquilonis, creſcitque in ejus planicie ar- magna, arbor ſolis dicta, quæ apud Latinos arbor ſicca voca-. Hæc groſſa eſt valde, habetque folia quæ ex uno latere ſunt dida, ex oppoſito verò latere ſunt viridis coloris. Fructus los præter b entios producit, eoſq; in modum caſtaneæ c buxini oris.] Patet campus ille circumquaq; ad multa milliaria, nec unam in eo invenias arborem. Ajunt Alexandrum Maum ibi cum Dario conflixiſſe. Eſt autem tota terra regni Tichaim, ſaltem quæ inhabitatur, fertilis, & multarum rerum ax, bonoque aëre temperata. Habet etiam viros pulchros, ſed lchriores mulieres. Mahumeti perfidiam ſeqvuntur.

Tymochaym. b erricios, inter quos fructus nullus eſt. c lignum arboris ſolidum & forte eſt, glaucei coloris ut buxus.

Cap.

CAP. XXVIII.

De tyranno quodam inſigni & ſicariis ejus,

EST in terris illis regio qvædam Mulete dicta, ubi dominabatur princeps quidam peſſimus, Senex de montanis dictus, de quo multa audivi: & quæ relaturus ſum, ab aliis multis regionis illius incolis didici, qui ita mihi dixerunt. Fuit princeps ille cum univerſo populo ſuo, cui præerat, legi Mahumeti addictus. Is inauditam excogitavit malitiam. Nam homines quoſdam ſicarios ſeu gladiatores, quos vulgo aſſaſinos vocant, ſibi adjunxit, & per illorum effrenem audaciam quoſcunq; voluit, occidit, ut brevi omnibus terrori eſſet. Porrò id hac impoſtura effecit. Erat in terra illa vallis quædam amœniſſima, altisſimis ſepta montibus, intra qvam viridarium plantavit maximum & pulcherrimum floribus odoriferis & fructibus ſuavibus, atq; aliis delectabilibus refertum herbis. Extruxerat etiam in illo horto palatia quædam egregia, mira decorata pictura, & quicquid illis ornamento eſſe potuit, adhibuit. Porrò quæ ad totius corporis voluptatem faciunt, non eſt opus ut multam de illis faciam mentionem, qvum horto illi & palatiis non defuerint rivuli varii, aqua, melle, vino & lacte fluentes, varia muſicæ artis inſtrumenta, melodiæ, choreæ, tripudia, palæſtræ, veſtes pretioſæ, & mirus apparatus omnium delectabilium rerum, quibus pro voto fruebantur juvenes qvidam intra viridarium poſiti, qui aliud nihil faciebant, quam quod vitam beatam vivebant, triſtitiæ nullum dantes locum. Erat proinde in introitu horti caſtrum fortiſſimum, diligenti munitum cuſtodia, per quod ſolum & per nullum alium locum patebat ingreſſus & exitus in hortum. Extra locum illum habebat ſenex ille, cui nomen erat *f* Alaodim, juvenes qvosdam & viros fortes, audacis atq; infracti animi, quos ad hoc ipſum inſtituebat, ut animi ſui deteſtabile exeqve-

rentur propoſitum. Curabat illos informari in nefaria lege
humetica, qvæ obſervatoribus ſuis in vita futura carnales pro-
ſit voluptates. Et ut eos obſeqventiores ſibi redderet, & ad
ne vitæ periculum intrepidos, quum illi videretur, faciebat eis,
quibusdam eorum, dari potum qvendam, qvo ineſcati de-
ates fiebant, & gravi opprimebantur ſopore, interimque in
darium ducebantur: & qvum ſopore ſoluto evigilarent, & vi-
ent ſe tantis intereſſe delicijs, putabant ſe in paradiſum Dei
tos, vivereque cum Mahumeto legislatore ipſorum, & illis
promiſit perfrui gaudijs. Quid plura? Gaudebant ſe ex ſe-
miſeriis ereptos, & jam aliam atqve felicem vivere vitam.
cum paucis diebus his gaudiis interfuisſent, Senex qvibus
ebat iterum memoratum potum bibendum exhibuit, & de-
ntatos extra paradiſum illam reduxit. Tunc illi ad ſe redeun-
& reminiſcentes, qvibus & qvantis ad modicum tempus potiti
ſent gaudijs, ſupra modum dolebant, & triſtes efficiebantur
od delitiis illis perpetuò frui non concesſum ſit, mortem li-
nter ſubituri, modò hac vita tam modicè deguſtata, ſemper
ant. Tunc tyrannus ille, qvi Dei prophetam ſe eſſe men-
batur, ajebat illis: Audite me, & nolite contriſtari: Si parati
s, ut pro mea obedientia mortem intrepidè, ubi illata fuerit,
eatis, participes vos pronuntio futuros illorum gaudiorum, qvæ
horam vidiſtis. At miſeri illi mortem lucrum putantes, ni-
tam difficile ajunt injungendum, qvod pro illa beata vita conſe-
enda non libenter ſubeant. Abutitur igitur tyrannus ille his
efatis hominibus ad innumera homicidia, qvippe qui corpo-
em vitam proſtituentes, contemnebant etiam mortem ipſam,
paſſim ad tyranni juſsus in regione illa ſic graſſabantur, ut om-
bus hominibus eſſent formidini, & nemo inſaniæ illorum re-
ere auderet: ſicque fiebat, ut multæ regiones, & potentes viri,
anno illi tributarij fierent.

MS. *Aloadam.*

CAP. XXIX.

De interfectione memorati Tyranni.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo Allau, Rex Tartarorum, potenti exercitu tyranni illius caſtrũ obſedit, cupiens tantum periculũ è ſuis eliminare partibus. Et elapſis tribus annis cepit illum cum omnibus Aſſaſinis ſuis: defecerant enim illis victualia: & funditus abolevit locum, & homines inrerfecit.

CAP. XXX.

De civitate Sopurgam & terminis ejus.

REcedendo à præfato loco venitur ad regionem quandam ſatis amœnam, quæ habet colles, planicies, & optima paſcua, uberrimos denique fructus. Eſt enim ſolum ejus feraciſſimum: neque ullam habet penuriam, præterqvam aquæ· nam eundum eſt per quinquaginta aut ſexaginta milliaria, donec aliquid aqvæ invenias. unde, niſi viatores aqvam ſecum deferrent, ſæpe ſiti periclitarentur: id quod etiam jumentis accidere ſolet. Feſtinanter igitur regio ipſa percurrenda eſt, præſertim ubi tanta eſt terræ ariditas. [a] Extra illam ſiccitatem habet regio illa multas civitates & oppida. Incolæ Mahumetum [b] agnoſcunt.] Poſt hæc venitur ad civitatem Sopurgam, ubi omnium victualium reperitur copia: præſertim abundant ibi pepones, qvos filis dividunt non ſecus quam cucurbitæ diſſecantur, & deſiccetos ad proximas terras vendendas portant, à quibus avidè comeduntur, qvum mellis ferè habeant dulcedinem. Sunt etiam in regione illa plurimæ venationes beſtiarum & avium.

a. Longitudo vero regionis illius protenditur ad dietas VI. b adorant.

CAP:

Cap. XXXI.

De civitate [a] *Balac.*

PRætereuntes inde venimus in civitatem qvandan [a] Balac]nomine, qvæ olim magna & nobilis fuit, ſumptuoſa habens marmorea palatia: nunc verò à Tartaris diruta eſt. In hac civitate ferunt Alexandrum Darij Regis filiam in uxorem acepiſſe. [b] Hæc ab Aqvilone terminatur ad Perſidis provinciam. Qvod ſi hinc ſolvas & procedas inter Orientem & Aqvilonem, non invenies ad duas diætas ullam habitationem: qvia habitatores loci tot moleſtias à latronibus & prædonibus paſſi, coacti ſunt fugere ad montana loca, ſcilicet tutiora. Inveniuntur ibi aqvæ multæ, atque venationes beſtiarum plurimæ: ſunt qvoque illic leones. Viatores qvoniam nihil alimenti in itinere inveniunt, victualia ſecum deferunt, qvæ pro duobus diebus illis ſufficiant.

a Balach. b ibi adoratur ab hominibus Macometus.

Cap. XXXII.

De regno [a] *Taicam & terminis ejus.*

Exacto itinere duorum dierum qvos memoravimus, occurrit caſtrum qvoddam Taicam vocatum, ubi frumenti magna eſt copia, agerque ipſe pulcherrimus. Sunt ibi [b] qvoque montes ſalis ad meridiem extenſi, tam magni, ut totus mundus hinc ſal ſufficiens habere poſſet. Eſt autem ſal ipſum tam durum, ut non niſi cum ferreis malleis è montibus erui poſſit. Qvod ſi ultrà ab iſto loco procedas, inter plagam ſcilicet Orientalem & Aqvilonarem eundo, poſt tres conſummatas diætas venies ad civitatem Scaſſem, licet alia qvoque oppida in itinere

occurrant. Hujus regionis incolæ omnes Mahumetum colunt. Bibunt [c tamen] vinum, cujus terra illa, ſicut & frumenti atque fructuum, maximè eſt ferax. Imò tota die nihil agunt, qvam qvod calicibus evacuandis incumbunt. Eſt vinum illud coctum & optimum. Homines verò ſunt peſſimi; ſed optimi venatores. nam abundat terra eorum beſtijs ſylveſtribus. Nudi caput incedunt, niſi qvod [d viri chordula qvadam longitudinis decem palmorum caput ligant.] E beſtiarum verò ſylveſtrium, qvas capiunt, pellibus indumenta ſibi parant, ſicut & caligas & calceamenta, nec alijs utuntur veſtibus.

a *Caycam.* Sic ſemper. b *bladi.* c def. MS. *Neque tamen vana particula hec eſt. vino enim Mohammedanis lege Alcorani interdictum eſt.* d *vir cordellam unam defert longitudinis decem palmarum capiti circumligatam.*

CAP. XXXIII.

De civitate Scaſſem.

CIvitas autem Scaſſem in planicie eſt ſita, habetque in circumjacentibus montibus multa caſtra. Fluit etiam per medium ejus magnus quidam fluvius. Sunt in regione illa multi ſues ſpinoſi, qvi cum capiuntur, ſpinis ſuis ſæpe homines & canes lædunt. nam canes à venatoribus in porcos provocati adeò irritant & commovent feras illas, ut ſimul concurrentes terga ſua, quibus ſpinæ innituntur, vehementer commoveant, atque ſtimulos ipſos vehementia quadam excutiant, atque in viciniores hômines & canes vibrent. Habet gens illa linguam propriam. Paſtores ejus morantur in montibus, vendicantes ſibi cavernas pro habitaculis. Itur hinc per tres diætas ad provinciam Balaſciæ, atque intermedio itinere nulla humana occurrit habitatio. Neceſſe igitur eſt ut viatores cibum & potum ſecum portent.

CAP.

Cap. XXXIV.

De provincia Balaſcia.

BAlaſcia eſt provincia magna , habetque linguam propriam, cultui Mahumeti dicata. Reges ejus qvi jure hæreditario ſibi invicem ſuccedunt, ab Alexandro Magno originem duxiſſe feruntur. Producit hæc eadem provincia lapides pretioſos atque magni valoris , qvi à nomine regionis Balaſci vocantur. Nemo citra capitis pœnam audet hujusmodi lapides vel fodere, vel extra regionem aſportare,niſi cum licentia & conſenſu regis. omnes enim illi lapides regis ſunt, & is mittit eos qvibus vult, vel pro dono, vel pro ſolutione tributi : multos etiam commutat pro auro & argento. Uſque adeò autem terra illis turgeſcit lapidibus, ut ad regem parum hinc rediret emolumenti, ſi pasſim omnibus permitteret eos fodere & diſtrahere. nam ſic lapis ipſe vilior redderetur. Suppeditat qvoque mons alius in hac provincia a lazulum,] de qvo fit azurum optimum , qvale etiam in mundo non invenitur. Elicitur autem ex mineris non ſecus ac ferrum. Præbent qvoque mineræ argentum. Regio ipſa valde frigida eſt. Eqvos habet multos & optimos, magnos & veloces, qvi tam duras & fortes in pedibus habent plantas & ungulas,ut ferramento opus non habeant, etiam qvantumlibet per ſaxa & montes currant. Abundat præterea regio ipſa venatione beſtiarum & avium. Habet qvoque herodios, ſeu optimos falcones. Fert ager ejus triticum optimum , hordeum & milium in magna copia Olivis caret ; ſed ex nucibus & b ſoſima] oleum conficiunt. Incolæ extraneas gentes minimè metuunt, eò quod introitus in provinciam ſunt multum arcti, nec poſſunt hoſtes facilè irrumpere. Civitates eorum & caſtra arte & natura munita ſunt. Sagittarios habent certos, & venatores optimos. Induuntur ut plurimum

corio. nam veſtes laneæ & lineæ ibi haberi neqveunt, niſi pro magno pretio. Mulieres tamen nobiles utuntur pannis lineis & bombicinis. *c*

a lapis lazuli, b ſoſimma. c add. unaquaque enim in ſuis femoralibus habet panni brachia octoginta vel LX. &c.

CAP. XXXV.

De provinciâ Baſciæ.

PRovincia Baſciæ diſtat à regione Balaſciæ decem diætis. Et eſt regio ipſa valde calida. unde fit ut homines nigri ſint, ſed aſtuti atque mali. Linguam habent propriam: & in auribus geſtant inaures aureas & argenteas atque margaritas. Veſcuntur carnibus & riſo. Idololatræ ſunt, incantationibus & dæmonum invocationibus vacantes.

CAP. XXXVI.

De Provinciâ Cheſimur.

PRovincia Cheſimur diſtat à Baſcia per diætas ſeptem. Incolæ ejus linguam propriam habent, & idololatræ ſunt, idola conſulentes, atque reſponſa à Dæmonibus recipientes. Faciunt qvoque arte diabolica, ut äer in caliginem condenſetur. Bruni coloris ſunt, hoc eſt, *a* nigricantis.] nam regio temperata eſt. Carnibus veſcuntur & riſo; & tamen macilentisſimi ſunt. Civitates ibi multæ ſunt & oppida. Rex eorum nulli tributarius eſt: qvia neminem timent, deſertis undique vallati. Qvo fit ut difficilis ad eos ſit acceſſus. Sunt in hac provincia quidam eremitæ, qui in monaſterijs & cellis idolis ſerviunt, cum magna cibi & potus

tus

tus abſtinentia deos ſuos honorantes, quos etiam plurimum reverentur,& cavent ne eos offendant, nefaria illorum mandata transgrediendo. Unde & vulgo in magno honore ii habentur eremitæ.

a non perfectè nigri.

Cap. XXXVII.

De provincia a *Vocam, & montibus in ea altisſimis.*

HIc jam iterum occurreret India, ſi juxta priorem tramitem progrederer. ſed quia illam in tertio libro deſcripturus ſum, jam aliam viam pergere ſtatui; ad Balaſciam ſcilicet redeuntes, & hinc inter plagam Aqvilonarem atque Orientalem iter facientes. Igitur ſpatio duorum dierum venitur ad flumen quoddam, ubi *b* multa ſunt caſtra & villæ: & homines illorum locorum probi ſunt, & in armis ſtrenui; ſed Mahumetum colunt. Rurſus ſpatio aliorum duorum dierum venitur ad provinciam Vocam, qvæ ſubjecta eſt regi Balaſciæ, habens in longum & latum ſpatium trium diætarum. Incolæ ejus habent linguam propriam, & colunt Mahumetum. Sunt etiam ſtrenui bellatores atque boni venatores. nam abundat regio illa ſylveſtribus animalibus. Hinc ſi diſcedas ad Orientalem plagam, aſcendendum tibi erit per tres continuos dies, qvousque pervenias ad montem altiſſimum, & qvo altior non eſt in mundo. Ibi etiam invenitur inter duos montes planicies quædam amœna, & in ea fluvius pulcherrimus, juxta qvem optima ſunt paſcua, ita ut in illis eqvus aut bos macilentus decem dierum ſpatio pingveſcat. Eſt ibi copia animalium ſylveſtrium. Præſertim inveniuntur ibi arietes ſylveſtres maximi, longa *c* habentes cornua, ex qvibus *d* varia vaſorum genera] effinguntur. Continet planicies illa in longitudine ſpatium qvod duodecim diebus peragrari poteſt,

teſt, vocaturqve *e* Pamer. Sed ſi longius progrediare, deſerti ſpeciem præ ſe fert: nec eſt ibi ulla habitatio humana, aut ulla herba virens. Coguntur itaque viatores ſecum ferre ea, qvæ illis ſunt neceſſaria, pro corporis ſuſtentatione. Nulla qvoque ibi apparet avis, propter frigus, & nimiam terræ elevationem, qvæ pabulum nullum adminiſtrare poteſt animalibus. Ignis ſi qvandoqve ibi accendatur, obſtante nimia regionis frigiditate, non eſt ita lucidus, nec adeò efficax in ſua actione, *f* ut in locis demiſſioribus. Hinc via ulterius ducit inter Orientem & Aqvilonem per montes, colles atqve valles, *g* in quibus multa inveniuntur flumina, nulla autem habitatio humana, nec ulla herba: vocaturque regio ipſa Belor, omni tempore hyemis effigiem præ ſe ferens, eaqve facies perſeverat, donec viator qvadraginta diætas abſolvat. Pro tot etiam diebus neceſſe eſt ut victum ſecum deferat. In montibus tamen altiſſimis hinc inde hominum habitationes conſpiciuntur ſed qvi peſſimi & crudeles ſunt, idololatriæ dediti, qvi ex venatione vivunt & corio veſtiuntur.

a Vocham. b praeſt frater regis Balaſcia. c palmis VI aut IV. d ſcutella & alia vaſa. e Panis. f ad coqvendum. g XL diebus.

CAP: XXXVIII.

De provincia a Caſſar.

POſthæc pervenitur ad provinciam Caſſar, qvæ magno Cham tributaria eſt. In eâ ſunt vineæ, viridaria, arbores fructiferæ, bombyx & aliæ agrorum poſſeſſiones. Incolæ verò habent lingvam propriam, & ſunt negotiatores & artifices, atqve lucri gratiâ per provinciam diſcurrentes, adeóque avarè divitiis inhiant, ut vix ſatis de partis edere audeant. Mahumeti qvoque legi parent: tametſi qvidam Chriſtiani Neſtoriani ibi inveniantur, qvi ſuas qvoque habent eccleſias. Regio patet qvinque dierum ſpatio.

a Chaſcar.

CAP.

Cap. XXXIX.

De civitate Samarcham, & miraculo columnæ in Eccleſia [a] facto.

SAmarcham civitas magna & egregia eſt in regione illa, tributaria Nepoti magni Cham. In hac habitant Chriſtiani *b* cum Saracenis, hoc eſt, Mahumetanis] Accidit verò his temporibus in ea *c* divina virtute] tale miraculum. Frater magni Cham, nomine *d* Cigatai, qui regioni illi præfuit, perſuaſus à Chriſtianis baptiſmi ſuſcepit ſacramentum. De qvo Chriſtiani gaudentes, favore illius ædificaverunt baſilicam magnam in illa urbe, in honorẽ divi Joannis Baptiſtæ. Porrò architecti eccleſiam illam tali fabricaverunt ingenio, ut tota ejus teſtudo uni niteretur marmoreæ columnæ, quæ medium Eccleſiæ tenuit locum. Habebant tunc Saraceni inſignem lapidem qvi omnibus modis ad hoc qvadrabat, ut baſis loco præfatam ſuſtineret columnam. Raptus igitur à Chriſtianis in fundamento columnæ locatus eſt. De qvo Saraceni dolentes hiſcere non audebant, qvum Princeps ad hoc ipſum annuiſſet. Factum eſt autem ut aliquanto poſt tempore princeps ille moreretur, & illi filius ejus ſuccederet in regno; non autem in fide. Tunc Saraceni ab eo obtinuerunt, ut Chriſtiani lapidem illum, quem columnæ ſuppoſuerant, reddere cogerentur. Et cum illi pretium ſatis dignum offerrent, recuſarunt Saraceni quicquam aliud accipere quàm lapidem. Quod hac impoſtura faciebant, ut Chriſtianorum eccleſia funditus deſtrueretur. Chriſtiani itaque videntes durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, aliò confugere neqviverunt, quam *e* ad DEum, &] ad ſanctum ſuum Johannem Baptiſtam, quem lacrymoſis oculis invocare cœperunt. Adveniente itaque die, quando lapis ſub columna auferendus erat, ne eccleſia diutius maneret, nutu divino longè aliud accidit, quàm perfidi ſperaverant Saraceni.

Siquidem columna ipſa adeò ſublevata eſt ab ipsa baſi, ut trium palmorum ſpatium *f* inter utriuſque lapidis ſuperficiem] interceſſerit, & columna ipſa jam teſtudinem eccleſiæ non ferret, ſed viceverſa teſtudo columnam portaret, id quod in hunc uſque diem perſeverat.

a D. Johannis Baptiſta. b & qui Macometum adorant, qui ſe Saracenos nominant. c virtute Chriſti. d Cigatay. e def. MS. *f in aëre.*

CAP. XL.

De provincia a *Carcham.*

RUrſum ab hac urbe digreſſi venimus in provinciam Carcham, quinque quaſi dierum itinere in longum procedentes. Hæc omnium victualium habet copiam, ſubjecta dominio Nepotis magni Cham. Incolæ Mahumetum colunt. Habitant tamen inter eos quidam Chriſtiani *b* Neſtoriani.

a Carcam. b Neſtorini, ſic ſemper.

CAP. XLI.

De provincia Cotam.

PRovincia Cotam ſequitur provinciam Carcham, ſita inter plagam Orientalem & Aquilonarem. Subjecta eſt dominio Nepotis Magni Cham, habetque Civitates & oppida multa. Metropolis ejus vocatur Cotam. Extenditur provincia in longum itinere octo dierum. Nullius rei quæ ad victum pertinet in ea eſt defectus. *a* Habet copiam bombycis, atque vineas multas & optimas.] Homines verò ſunt imbelles, ſed boni artifices & negotiatores. Mahumetum agnoſcunt.

a def. MS.

Cap. XLII.

De provincia a *Peim.*

PRogredientibus ultra per eandem plagam occurrit provincia Peim, extenſa in longum quinqve dierum itinere. Subjecta eſt magno Cham, habetque multas civitates & caſtra. Metropolis ejus vocatur Peim, juxta quam currit fluvius, in quo pretioſi inveniuntur lapides, nempe jaſpides & chalcedonii. Incolæ regionis reverentur Mahumetum, & ſunt eximii artifices atque negotiatores. Abundant bombyce, & victualium habent copiam. Eſt conſuetudo in hac provincia, qvando maritus quiſpiam ob certam cauſam in alium locum commigrat, & infra vigeſimam diem domum non redit, licebit uxori alium ducere maritum priore relicto. Id idem licitum eſt viro, poſteaquam domum reverſus fuerit, ut ſcilicet impunè matrimonium cum alia contrahat uxore.

a Peyn.

Cap. XLIII.

De provincia a *Ciartiam.*

POſt hæc venitur ad provinciam Ciartiam, qvæ eſt ſub dominio magni Cham, habetque civitates & caſtra multa. Metropolis ejus, unde etiam ipſa denominata eſt, vocatur Ciartiam. Reperiuntur ibi in fluminibus multi lapides pretioſi, præſertim jaſpides & chalcedonii, qvos negotiatores deferunt ad provinciam *b* Cathai. Eſt provincia Ciartiam *c* multùm ſabuloſa, plurimas habens aqvas amaras, unde ſterile ſolum redditur. Qvando extraneus aliqvis exercitus hanc tranſit provinciam, incolæ ejus omnes cum uxoribus, filiiś, animalibus, & cuncta ſupellectile fugiunt *d* in aliam regionem viciniorem, ubi paſcua &

aqvam bonam inveniunt, ibiqve morantur, donec hoſtium exercitus tranſierit: & qvum hoſtium effugiunt conſpectum, ventus adeò delet veſtigia eorum arenæ impreſſa, ut ſupervenientes hoſtes illorum iter nequaqvam explorare poſſint. Si verò Tartarorum exercitus, quibus ſubjecti ſunt, eorum pertranſierit terram, ipſi non fugiunt, ſed animalia duntaxat in alium abigunt locum, qvòd Tartari pro acceptis victualibus nihil rependant. Recedendo ab hac provincia ſabulum qvinque dierum ſpatio terendum eſt, ubi nulla ferè alia aqva, quàm amara invenitur, donec perveniatur ad civitatem Lop nomine. Et nota, quod omnes jam memoratæ provinciæ, nempe Caſcar, Carcham, Cotam, Peim & Ciartiam uſqve ad civitatem Lop, ponuntur intra magnæ Turchiæ terminos.

a Ciartiam. b Catay. c totaque inter Cotam et Peyn regio. d per II diatas.

CAP. XLIV.

De civitate Lop, & deſerto maximo.

LOp eſt civitas magna, ad introitum deſerti magni, inter Orientem & Aqvilonem ſita. Incolæ ejus Mahumetum colunt. In ea faciunt ſibi mercatores, qui deſertum tranſire cupiunt, parare cuncta neceſſaria. Quieſcunt etiam in ea aliquantiſper, providentes ſibi de fortibus aſinis & camelis, qvos victualibus onerant. Et quando in deſerto victualia deficere incipiunt, interficiunt aſinos, vel in deſerto relinqvunt; qvia non poterunt amplius illis de pabulo providere, qvouſque deſertum ſuperaverint. Camelos tamen libentius ſervant, qvòd pauco ſuſtentantur cibo, & gravia onera ferant. Offert *a* deſertum illud magnum viatoribus aliqvando aqvas amaras, ſed frequentius aquas dulces, *b* ut ferè ſingulis diebus per illos triginta dies, qui-

quibus deſertū ipſum vix per tranſiri poteſt,aquam recentem inveniant,ſed quæ interdum adeò modica eſt, ut non omnibus mercatoribus ſimul euntibus ſufficiat. c Eſt deſertum illud multùm montuoſum: & ubi ad planiciem pervenitur, illic per ſabulum eundum eſt. Eſt in univerſum ſterile & ſqualidum, nullumque propter pabuli penuriam animalibus præſtat habitaculum. Cernuntur & audiuntur in eo interdiu, & ſæpius noctu,dæmonum variæ illuſiones. Unde viatoribus ſumme cavendum eſt,ne multum ab invicem ſeipſos diſſocient, aut aliqvis à tergo ſeſe diutius impediat. alioqvin quamprimum propter montes & colles quiſpiam comitum ſuorum aſpectum perdiderit, ut non facilè ad eos perveniat. nam audiuntur ibi voces dæmonum, qui ſolitariè incedentes propriis compellant nominibus, voces fingentes illorum qvos comitari ſe putant, & à recto itinere abductos in perniciem deducunt. Audiuntur interdum in aëre concentus muſicorum inſtrumentorum, ſed frequentius ſonitus tympanorum. Eſt igitur hujus deſerti tranſitus periculis plenus.

a in locis tribus aut quatuor. b in locis circiter 28. c MS. add. quædam alia.

Cap. XLV.

De civitate Sachion & combuſtione corporum mortuorum.

Superato deſerto pervenitur ad civitatē Sachion, quæ ſita eſt in ingreſſu provinciæ magnæ *a* Taguth, ubi inter Mahumeti cultores pauci inveniuntur Chriſtiani Neſtoriani. Sunt qvoque ibi plurimi idololatræ, qui etiam lingvam propriam habent. Urbis hujus incolæ negotiationibus non vacant, ſed de fructibus terræ vivunt. Habet denique urbs ipſa multa monaſteria diverſis idolis conſecrata, in quibus multa offeruntur ſacrificia, & dæmonibus magna à populo exhibetur reverentia. Et

qvando homini filius aliquis naſcitur, ſtatim commendat eum idolo alicui, atque in honorem ejus anno illo in domo ſua nutrit arietem, qvem anno à nativitate filii revoluto, proximo illius idoli feſto, unà cum filio offert, cum multis ceremoniis & magna reverentia. Poſtea coqvuntur carnes arietis, & idolo denuo offeruntur, dimittunturqve ante idolum tamdiu ſuſpenſæ, donec completæ fuerint nefandæ orationes, qvas ante ipſum juxta conſvetudinem ſuam murmurare ſolent, & imprimis rogat pater idolum cum magna inſtantia, ut filium ſibi commendatum conſervet. Officio finito immolatas carnes ad locum alium deferunt, & conſangvinei illius omnes pariter congregati carnes illas cum magna religione comedunt, oſſa vero decenter in vaſculo qvodam conſervant. Cæterum in mortuorum parentatione his utuntur ceremoniis: curant proximi qviqve ut corpora exanimata comburantur in hunc modum. Primò interrogant aſtrologos, quando mortuus in ignem ſit conjiciendus. Tum illi qværunt, qvo menſe, die, & hora is qvi in fata conceſſit, ſit natus: conſtellationeqve perſpecta, indicant diem, qvando ſit comburendus. Alii verò mortuum corpus aliqvot diebus reſervant, aliqvando ſeptem diebus, qvandoqve per menſem, nonnunqvam per ſex menſes, domi capſam illi parantes, & tali ingenio latera compaginantes, ut nullus fœtor ex ea exhalare poſſit. Corpus etiam ipſum aromatibus condiunt, & capſam pulchrè depictam panno pretioſo operiunt: & ſingulis diebus qvibus cadaver domi tenetur, hora prandii menſa juxta capſam præparatur, vino & cibo per integræ horæ ſpatium deſuper poſitis, putantes defuncti animam de appoſitis manducare. Et qvando defuncti corpus eſt efferendum, aſtrologi conſuluntur, qua ex porta id ſit faciendum. Nam ſi porta aliqva dum conſtrueretur caruit bonis fatis, illam indicant fugiendam, atqve incongruam per qvam mortuorum cadavera efferantur, indicantqve aliam qvæ huic rei accommoda ſit, aut novam jubent in pariete fieri aperturam.

Dum

Dum verò funus per civitatem portatur, lignea tuguria in via conſtruuntur, atqve ſericis & aureis pannis cooperiuntur: & cum defuncti cadaver ante ea portatur, effundunt in terram vina & delicata cibaria, putantes defunctum in alia vita his recreari rebus. Antecedunt etiam funus ipſum varia inſtrumenta muſices, in qvorum concentu maxima eſt jucunditas. Et cum ad locum combuſtionis ventum fuerit, ſcribunt & pingunt ſuper chartas imagines virorum ac mulierum, *b* itemqve multorum denariorum, qvæ omnia ſimul cum cadavere comburuntur. Ajunt enim defunctum illum tot ſervos & ancillas, animalia & denarios, in alia vita habiturum, qvot cum eo fuerint imagines combuſtæ, victuruſqve ſit perpetuò in divitiis illis & honore. Hanc ſuperſtitionem ſervat ferè ubiqve cœcitas paganorum in partibus Orientis, cum cadavera defunctorum comburunt.

a Tanguth. b equorum & camelorum.

Cap. XLVI.

De provincia Camul.

Camul provincia eſt intra magnam provinciam Tanguth, ſubjecta imperio magni Cham, habens civitates multas & oppida. Attingit autem terra Camul duo deſerta, magnum ſcilicet, de qvo jam ſuprà diximus, & aliud qvoddam minus. Abundat hæc provincia his, qvæ pro vitæ ſuſtentatione homo opus habet. Habent incolæ hujus regionis lingvam propriam, & ad aliud non videntur nati, qvàm vacare ludis & tripudiis. Idololatræ ſunt & cultores dæmonum, ad hoc ab ipſis perſvaſi, qvando viator qviſpiam pertranſiens ad domum alicujus hoſpitii gratia divertit, ſuſcipit eum paterfamilias cum magno gaudio, atqve præcipit uxori & toti familiæ, ut qvamdiu ille apud eos manere voluerit, non excludatur, ſed illi in omnibus

bus obediant. Ipſe verò interim diſcedit, non reverſurus, qvamdiu hoſpes in ædibus ſuis manſerit. Et uxor interim paret hoſpiti ut marito ſuo. Sunt mulieres illius regionis formoſæ: & viri à Diis ſuis hac dementati ſunt ſtultitia, ut putent ſibi glorioſum eſſe ſi eas viatoribus proſtituant. Tempore verò qvo regnavit *a* Moguth magnus Cham & Rex omnium Tartarorum, audita hac populi Camul ſtultitia, mandavit ipſis ne amplius ſervarent hanc deteſtabilem conſuetudinem, ſed potiùs uxorum ſuarum cuſtodientes pudicitiam, communia pararent hoſpitia, in qvæ advenæ & ſupervenientes diverterent viatores, & provinciam tanta non fœdarent turpitudine. Viri verò Camul audito hoc regis mandato, plurimum ſunt contriſtati, miſſiſqve nuntiis & muneribus, inſtantiſſimè rogarunt, ut tam grave revocaret edictum, & traditionem illam, qvam à ſuis Senioribus veluti per manus acceperunt, non aboleret, maximè cum compertum haberent, ſe propter illud hoſpitalitatis beneficium deorum ſuorum conſecutos gratiam, & terram nunquam deorum munere ſua deſtitutam fœcunditate. Rex verò Moguth audita qverela, acqvievit petitioni illorum, & revocans mandatum dicebat, qvod ad me attinet, vobis mandavi ut deteſtabilem illam & toto orbe inauditam aboleretis conſuetudinem: ſed qvia opprobrium honorem ducitis, habete opprobrium ut optaſtis. Nuntii itaqve alias portantes literas, qvæ priores caſſaverunt, univerſo populo magnum attulerunt gaudium. Et is mos uſqve in hodiernum diem à populo illo cuſtoditur.

a Mongu. Sic & infrà.

CAP. XLVII.

De provincia a *Chinchinthalas.*

POſt provinciam Camul ſeqvitur provincia Chinchintalas, quæ ab aquilone confinis eſt deſerto, habetque in longitudinem iter ſexdecim dierum, ſubjecta dominio magni Cham.

Habet

Habet civitates & caſtra multa. Populus ejus in tres diviſus eſt ſectas. Pauci quidem confitentur Chriſtum, & hi ſunt Neſtoriani: alii Mahumetum colunt: tertii idola adorant. Eſt in hac provincia mons, in qvo inveniuntur mineræ chalybis & *b* audanici: itemqve ſalamandræ, de qvibus fit pannus; qvi ſi in ignem projectus fuerit, non comburi poteſt. Fit autem pannus ille de terra in hunc modum, ut qvidam è ſociis meis, vir ſingulari prædìtus induſtria, *c* Curficar nomine, Turchus me edocuit, qvi in provincia illa mineralium operi præfuit. Invenitur in monte illo minera qvædam terræ, qvæ fila producit lanæ haud diſſimilia: & hæc ad ſolem deſiccata in mortario æneo teruntur, deinde lavantur, & qvicqvid terrenum illis adhæret ſubmovetur: demum fila illa ſic purgata & attenuata, ut alia lana, nentur, atqve in pannum contexuntur. Et qvando pannos illos volunt dealbare, projiciunt eos ad horam in ignem, & tunc ex flammis illæſi educuntur nive candidiores. Haud ſecus purgant eos, qvando maculas aliqvas contraxerint. nam lotura alia præter ignem illis non adhibetur. De ſalamandra verò ſerpente, qvi in igne vivere dicitur, nihil explorare potui in orientalibus regionibus. *d* Ajunt Romæ mappam qvandam haberi ex ſalamandra contextam, in qua ſudarium Domini involutum retinetur, qvam rex qvidam Tartarorum Romano miſit Pontifici.

a Chinchincalas. b andanici. c Tuſicar. d Id a. totum, quod de ſalamandra didici, deſcripſi fideliter.

Cap. XLVIII.

De provincia a *Suchur.*

A Tergo relicta provincia Chinchinthalas, ducit iter ad orientem, & per decem continuas diætas nulla reperitur habitatio, niſi in paucis locis, qvibus ſuperatis venitur ad provinciam Suchur, qvæ plures habet habitationes & oppida.

Metropolis ejus vocatur Suchur. In hac provincia inter multos idololatras pauci inveniuntur Chriſtiani. Sunt autem omnes magno ſubjecti Cham. Negotiationibus non vacant, ſed de fructibus terræ vivunt. In cunctis hujus provinciæ montibus invenitur *b* Reubarbarum, qvod inde per mercatores ad diverſas mundi portatur terras.

a Sucuir. b Reobarbarum.

CAP. XLIX.

De civitate a *Campition.*

EST Campition civitas magna & inſignis, principatum habens in regione Tanguth. Sunt in ea Chriſtiani, Mahumetani, & idololatræ. Habent idololatræ multa monaſteria, in qvibus idola ſua colunt. Porrò idola illa ſunt formata, vel ex lapide, vel ex ligno, vel ex luto, deſuper deaurata. Inter hæc qvædam ſunt tam magna, ut decem paſſus contineant longitudine, terræ ac ſi ſupini jacerent affixa: juxta qvæ parva ſunt poſita idola, qvæ majoribus reverentiam exhibere videntur. Habent hæc idolorum portenta etiam ſuos ſacrificulos & religioſos, qvi cæteris honeſtiùs vivere videntur. nam qvidam ſervant caſtitatem, multumqve cavent ne DEorum ſuorum legem prævaricentur. Totum anni circulum per lunationes computant, nec alios habent *b* menſes] aut hebdomadas præter lunares. In *c* his] lunationibus obſervant qvinqve continuos dies, in qvibus nullam beſtiam vel avem occidunt, nec carnem comedunt: vivunt etiam honeſtiùs qvàm in reliqvis diebus. Habent idololatræ in hac civitate hunc morem, ut qvis triginta aut plures ducat uxores, juxta quod multas nutrire poteſt: prima tamen cæteris dignior habetur, & magis legitima cenſetur. Non recipit vir ab uxore dotem, ſed ipſe in animalibus, vel ſervis, aut pecunia, juxta pos-

ta poſſibilitatem ſuam convenientem aſſignat dotem. Si uxor viro fiat odioſa, licitum eſt illi eam à ſe repudiare, juxta qvod ei libuerit. Accipiunt etiam uxores in ſecundo gradu ſibi attinentes, ſimiliter novercas. Et multa peccata qvæ apud nos grandia cenſentur, apud illos licita reputantur. Vivunt in multis non ſecus qvàm beſtiæ, ut ſatis mihi mores eorum ſunt perſpecti, qvi una cum patre meo atqve patruo per anni ſpatium ob qvædam negotia in hac civitate manſi.

a Campicion. b Annos. c quibuſvis. d Pater meus Dominus Nicolaus, & Dominus Marcus frater ejus, & ego Marcus uno anno pro quibuſdam negotiis ibi manſimus in civitate hac Campicion.

Cap. L.

De civitate a Ezina, & alio deſerto magno.

A Civitate Campition itur per duodecim diætas uſqve ad Ezinam civitatem, qvæ affinis eſt arenoſo deſerto aqvilonem verſus. Sunt ibi cameli multi, & alia animalia multa, atqve aves diverſi generis. *b* Incolæ verò idololatræ ſunt, de terræ fructibus viventes, & negotiationibus abſtinentes. Præparant qvoqve ſibi viatores in hac civitate commeatum, qvi volunt tranſire per deſertum illud magnum, qvod vergit ad aqvilonẽ, & non niſi qvadraginta dierũ ſpatio pertranſiri poteſt. Nulla invenitur in hoc deſerto virens herba, ſicut nec ulla habitatio, niſi perrara in montibus qvibusdam & vallibus, ubi aliqvi homines æſtatis tempore morantur. In qvibusdam etiam locis inveniuntur feræ ſylveſtres, præſertim onagri, qui ibi in magna diſcurrunt multitudine. *c* Omnes autem jam memoratæ provinciæ *d* pertinent ad provinciam magnam Tanguth.

a Eziva. b herodii ſeu falcones. c ſunt in ipſo deſerto pinus multæ. d Civitas Sachion, provincia Camul, provincia Chimchincalas, provincia Sucuir, civitas Campicion, & civitas Eziva.

CAP. LI.

De civitate [a] *Tarocoram, & origine dominii Tartarorum.*

SUperato memorato deſerto, pervenitur ad civitatem Tarocoram, quæ eſt ad aquilonarem plagam, unde originem duxit Tartarorum dominium. Nam habitarunt primùm in campeſtribus regionis illius, carentes civitatibus & oppidis, ſolùm paſcua quærentes, & aqvas pro pecoribus nutriendis, nec habebant de gente ſua principem, ſed tributa pendebant magno cuidam regi Uncham nomine, quem hodie vulgò Presbyterum Joannem vocant. [b] Sed indies incrementa ſumentes, & ſeipſis fortiores evadentes, cœpit Rex Uncham timere, ne aliquando ab ipſis offenderetur, atq; in rebellionem prorumperent. Ut igitur potentia eorum minueretur, cogitabat operæ pretium ſe facturum, ſi illos ab invicem in partes ſecerneret, atque in diverſas regiones collocaret. At illi nolentes à ſe invicem disgregari, tranſierunt omnes pariter in deſertum verſus plagam aquilonarem, magnam occupantes regionem, in qua tuti eſſe poſſent, nec regem ſuum timerent, negato etiam illi tributo.

a Carocoram. b de quo totus loquitur orbis.

CAP. LII.

[a] *Tartari Regem ex ſe ipſis eligunt, & diſcordia inter eum & Regem Uncham naſcitur.*]

PAucis transactis annis, Tartari omnium conſenſu eligunt ex ſeipſis virum probum & ſapientem regem, [b] Cinchis nomine, anno ſcilicet Domini M. C.LXXXVII. cui coronam imponentes, & omnes circumquaque qui de gente illa erant con-

concurrentes, voluntario animo illi obedientiam & ſubjectionem pollicentur. Ille igitur, ut erat vir prudens, ſubjectos optimè gubernabat, atque brevi tempore octo provincias cepit, & regno ſuo adjecit. Et quando civitatem aliquam aut caſtrum cepit, neminem ſinebat occidi, aut rebus ſuis ſpoliari, qui ſaltem imperio ſuo ſponte ſe ſubmittebat, atque ſecum ad alias proficiſcens civitates, illi operam ſuam libens impendebat. Hac itaque humanitate uſus effecit, ut mirum in modum ab omnibus amaretur. Itaqve videns ſe in tanta ſublimari gloria & potentia, deſtinatis nuntiis ad regem Uncham, cui quondam tributa pendebat, rogabat ut illi filiam ſuam in uxorem collocaret. *c* Quod ille ægerrimè ferens, cum indignatione reſpondit: Malo filiam meam *d* Vulcano conſecrare,] quàm ſervo meo dare in uxorem. Et ejectis Chinchis nuntiis ajebat: Dicite Domino veſtro, Quia ad tantam creviſti ſuperbiam, ut præſumas petere filiam Domini tui in uxorem, en, ne potiaris voto tuo, faciam eam amara interire morte.

a De primo Tartarorum Rege Chimchis, & diſcordia ejus cum Rege ſuo. *b Chimchis.* Sic ſemper. *c Fuit a. hoc anno M. CC.* *d in ignem projicere.*

Cap. LIII.

a *Vincitur Rex Uncham à Tartaris.*

Audiens verò Rex Chinchis moleſtam regis Uncham reſponſionem, congregato magno exercitu profectus eſt hoſtili animo contra regem Uncham, *b* caſtraque poſuit in planicie quadam magna, *c* Tanduc nomine, & mittens ad regem denuntiat illi, ut ſe defenderet. At ille veniens cum maximo exercitu, deſcendit ad campeſtria, *d* & caſtra ſua poſuit juxta caſtra Tartarorum. Tunc Chinchis Tartarorum Rex præcepit incantatoribus & aſtrologis ſuis, ut illi indicarent, qualem eventum prælium futurum eſſet habiturum. Tunc aſtrologi ſcin-

dentes arundinem per longum in duas partes, poſuerunt diviſiones ipſas in terram, unamq; vocaverunt Chinchis, & alteram Uncham, dixeruntque Regi: Interim quo nos invocationes legerimus Deorum, nutu ipſorum fiet, ut hæ duæ partes arundinis ad ſe invicem pugnent, & cujus pars ſuper alteram aſcenderit, ille Rex victoriam in prælio obtinebit. Multitudine itaque ad ſpectaculum illud concurrente, cœperunt Aſtrologi murmurare precationes ſuas & legere incantationes: & mox commotæ ſunt partes arundinis contra ſe pugnantes, donec tandem pars Chinchis aſcenderet ſuper partem Uncham. Quo viſo, Tartari de futura certiores facti victoria confortati ſunt. Tertia igitur die prælium commiſſum eſt, & multis utrinqve cadentibus, victoria tandem penes Chinchin remanſit. Sicqve factum eſt, ut Tartari regnum Uncham penitus ſibi ſubjugarint. Regnavit autem Chinchis poſt mortem Uncham ſex annis, in qvibus multas acqviſivit provincias. Et cum ultimò caſtrum qvoddam expugnare moliretur, acceſſitque propiùs, ſagitta in genu percuſſus interiit, ſepultus in monte *e* Alchai, ubi & reliqui Tartarorum principes hujus ſucceſſores, & qui de ejus ſunt progenie omnes ſepeliuntur, etiam ſi centum dierum ſpatio funus fuerit adducendum.

a De conflictu Tartarorum cum Rege illo, & victoria ipſorum. b Qui Presbyter Johannes dicitur. c Tanduch. d milliaria XX. e Alchay.

CAP. LIV.

Catalogus regum Tartarorum, & de ſepultura eorum in monte Alchai.

PRimus Tartarorum rex vocatus eſt Chinchis, ſecundus *a* Cui, tertius *b* Barchim, quartus *c* Allau, quintus Mongu, ſextus *d* Cublai, qui modo rerum potitur, cujus potentia major eſt, qvam omnium ſuorum *e* prædeceſſorum. Imò

omnia

omnia Chriſtianorum regna atque Saracenorum ſi unum eſſent regnum, vix adæqvarent regnum Tartarorum: id qvod ſuo loco manifeſtius fiet, ubi potentiam ejus & dominium deſcripſero. Porrò quando corpus magni Cham tumulandum defertur ad montem Alchai, hi qui ipſum ad ſepulturam comitantur, perimunt paſſim eos quos in via obvios habent, dicentes: Ite & Domino noſtro regi ſervite in alia vita. Tanta enim inſania percuſſi ſunt à Satan, ut credant taliter occiſos in futura vita regis obſeqvio mancipandos. Nec modò ſic contra homines inſaniunt, verùm & in equos ſæviunt, qvos obviam venientes jugulant unà cum defuncti regis optimis equis, putantes illos regi uſui futuros. Quando corpus magni Cham Mongu, hujus prædeceſſoris, ad montem Alchai ſepeliendum ductum fuit, milites funus concomitantes feruntur *f* circiter] viginti millia hominum prædicta occaſione interfeciſſe.

a Carce. b Saim. c Rocen. d Cublay. e LI. f ultra.

Cap. LV.

De generalibus moribus & conſuetudinibus Tartarorum.

a MUlieres Tartaræ viris ſuis fideliſſimæ ſunt. Abſurdum eſt apud eos & intolerabile vitium, ſi quiſpiam ad proximi ſui uxorem præſumat accedere: & hoc unico ſtudio apud eos cavetur, ne alter alteri in hac re injuriam inferat. Id tamen apud eos honeſtum & licitum ducitur, ut quisque tot ducat uxores, quot nutrire poteſt, licet prima cæteris principalior & honorabilior judicetur. Præter ſorores, omnes conſangvineas quæ in lateralibus lineis comprehenduntur, ducunt uxores: etiam novercam, ſi pater mortuus fuerit. Sic fratre defuncto licebit ſuperſtiti fratri fratris relictam ducere

ducere uxorem. Viri ab uxoribus non recipiunt dotes, ſed ipſi uxoribus atqve earum matribus dotes aſſignant. Propter uxorum multitudinem Tartari plurimos habent filios. Nec eſt uxorum multitudo Tartariæ admodum oneroſa, qvum illæ ſuis laboribus multa lucrentur. Sunt præterea ad familiæ gubernationem & ad ciborum præparationem multum ſolicitæ. Non minori cura reliqva domus exeqvuntur officia. Viri verò venationi, aucupiis atqve armorum exercitiis ſunt intenti.) Nutriunt Tartari multos greges boum, ovium, & aliorum jumentorum atqve pecorum, & cum illis morantur in locis paſcuoſis, æſtate qvidem in montibus & frigidioribus locis, ubi paſcua & ligna inveniunt: hieme verò ad calidiores regiones ſe transferunt, ubi pabulum pro animalibus inveniunt. Domunculas habent in modum tabernaculorum filtro opertas, qvas ſecum deferunt qvocunqve migrant. Nam poſſunt eas plicare & extendere, levare & deponere. Oſtia earum ſemper Auſtro obvertunt. Habent qvoqve qvadrigas filtro coopertas, qvæ à camelis trahuntur, in qvibus uxores, filios, & utenſilia neceſſaria ſecum vehunt, atqve à pluviarum injuria defendunt.

a Hæc & quæ ſeqvuntur ad ſemicirculum uſque, poſterior pars hujus capitis in MS. ſunt.

CAP. LVI

De armis & veſtibus Tartarorum.

ARma qvibus Tartari prælii tempore induuntur, non ſunt ex ferro fabrefacta, ſed ex corio forti atqve ſolido parata, qvale eſt corium bubalorum & aliorum animalium, qvæ habent duriora tergora. Sunt ſagittarii optimi, à pueritia ad arcuum exercitia aſſueti. Utuntur etiam clavis & gladiis, ſed rarius. Illi, qui cæteris ditiores ſunt, utuntur indumentis ſe-

ricis & aureis, & ſub his deferunt pelles delicatas vulpium, aut armelinorum, aut aliorum animalium, præſertim qvæ vulgo [a] Zebellinæ vocantur, qvæqve reliqvis pellibus pretioſiores judicantur.

[a] *Gebelline.*

Cap. LVII.

De cibis Tartarorum.

VEſcuntur Tartari cibis groſſioribus, præſertim carne, lacte, & caſeo. Inhiant qvoqve venationibus tam mundorum qvam immundorum animalium. Nam eqvos & carnes comedunt, atqve reptilia [a] qvædam, qvæ in magna copia apud illos inveniuntur. Bibunt lac eqvarum, qvod taliter præparant, ut videatur eſſe vinum album, non admodum inſipidus potus. Vocatur ab ipſis [b] Chuinis.

[a] Nominantur illa in MS. ſed vox legi nequit. [b] *Chemius.*

Cap. LVIII.

De idololatria & erroribus Tartarorum.

COlunt Tartari pro Deo Numen qvoddam ab illis confictum, qvod [a] Natagai vocant, putantq; illud DEum eſſe terræ, qvi curam de ipſis ac filiis eorum, de fructibus terræ atque gregibus pecorum, gerat. Hoc numen in maximo habent honore, nec eſt aliqvis qvi in domo ſua illi non imaginem dedicaverit. Et qvoniam credunt numini Natagai eſſe uxorem & liberos, collocant etiam ipſi juxta penates ſuos imagunculas quasdam uxoris ac filiorum loco: uxoris qvidem ſimulacrum ad ſiniſtram, & filiorum imagines ante faciem idoli collocantes. His idolis magnam exhibent reverentiam, præſertim qvando va-

dunt ad prandium & cœnam. Tunc enim anteqvam ipſi comedunt, perungunt ora imaginum pingvedine carnis coctæ, & partem prandii aut cœnæ extra domum in honorem illorum ponentes, credunt Deos hinc cibari. Quo facto ipſi ad menſam euntes comedunt. Si Tartari alicujus moriatur filius, qvi nondum duxit uxorem, & item alterius moriatur filia innupta, conveniunt utriuſqve defuncti parentes, & inter defunctos connubium faciunt: conſcriptiſque contractus illius literis, juvenem & puellam in charta pingunt, & hanc cum pecunia contributa atque utenſilibus & ſupellectile Vulcano devovent, credentes defunctos in alia vita matrimonialiter conjunctos. Faciunt qvoqve pro hac re ſolennes nuptias, & de præparatis cibis nonnihil hinc & hinc diffundunt, ut ſponſus & ſponſa iis qvoqve veſcantur. Qvo facto parentes & conſangvinei defunctorum tali putant ſe affinitatis vinculo conjunctos, ac ſi nuptiæ illæ ſponſis adhuc viventibus fuiſſent celebratæ.

a Natigay.

CAP. LIX.

De a ſtrenuitate & induſtria Tartarorum.

SUnt Tartari homines bellicoſi, ſtrenui in armis, & ad ſubeundos labores intrepidi. Non ſunt effœminati, molles, & delitiis aſſueti, imò tolerantisſimi laborum & inediæ. Fit non raro ut per integrum menſem nihil aliud comedant præter lac jumentorum, & carnes animalium, qvæ in venationibus capiunt. Eqvi qvoqve eorum, dum belligeratum vadunt, ſola herba, quam in paſcuis inveniunt, nutriuntur. Inſident armati eqvis ſuis tota nocte, & eqvi interim nihilominus paſcuntur, ubicunqve bona invenerint paſcua. Ipſi quoqve exiguo contenti ſunt cibo, qvantumlibet magnos ſubeant & perficiant labores. Ad capiendum civitates & fortalitia ſingulari & magna utuntur aſtutia.

Qvum

Qvum bellandi cauſâ in remotas partes expeditionem parant, nihil ſecum præter arma portant atqve parva tentoria, ſub qvibus pluviæ tempore latitant. Portat etiam qvilibet ſecum duo vaſcula, qvæ vulgo flaſcones vocant, in qvibus lac, qvod bibant, ferunt, & ollam coqvendis carnibus adaptandam. *a* Cum verò ſine mora ad remotiſſimas partes concedere volunt, *b* accipiunt ſecum lac in modum ſolidæ paſtæ ſiccatum, qvod in aquam tritum, potum illis & cibum præbet. *c*

a quam vulgariter dicimus pinguatellam. b Per X dies ab omni cibo coćto abſtinebunt. c ſape etiam pro vini defećtu & aqua equos flebotomant proprios, & ſanguinem eorum bibunt.

Cap. LX.

De judiciis & juſtitia Tartarorum.

MAlefactores hoc modo puniunt. Siqvis furatus fuerit rem parvi valoris, & vita privari non commeruit, cæditur fuſte ſeptem vicibus, aut decem & ſeptem, aut *a* viginti & ſeptem, *b* aut qvadraginta & ſeptem] pro menſura peccati ictus inferendo: idque uſqve ad centum, addendo ſemper decem. Aliqvi tamen nonnunqvam ex his percuſſionibus moriuntur. Quod ſi qvis furatus fuerit eqvum, vel rem aliam, pro qua occidi meruit, merſo mucrone in ventrem ejus occiditur. Qvod ſi vitam ſuam liberare voluerit, reſtituet furtum in noncuplo. Qvi eqvos, boves, & camelos habent, ſigna ſua pilis eorum inurunt, atqve ſine cuſtode ad paſcua emittunt. Minutis tamen animalibus adhibent paſtorum cuſtodiam. Hæ primæ Tartarorum fuerunt conſvetudines. Verum cum jam inter varios mixti ſint populos, nonnihil à prioribus degeneraverunt moribus, & populis, qvibus conjuncti ſunt, conformes ſe fecerunt.

a. viginti octo. b def. MS.

CAP. LXI.

De campeſtribus Bargu, & extremis inſulis Aqvilonis.

R   Etardati ſumus nonnihil in Tartarorum moribus & conſvetudinibus deſcribendis: nunc verò alias orientalis regionis luſtrabimus provincias, eo incedentes ordine qvo reliqvas hactenus deſcripſimus. Relicta civitate Carocarum, *a* à monte Alchai Aqvilonem verſus venitur ad campeſtria Bargu, quæ in longitudine qvadraginta habent diætas. Incolæ illorum locorũ vocantur *b* Meditæ, parentq; magno Cham, Tartarorum habentes mores. Sunt homines ſylveſtres, & veſcuntur carnibus animalium, qvæ venatione capiunt, maximè cervorum, *c* quorum magnam habent copiam, & adeò cicures faciunt, ut illis atque eqvis vel aſinis inſideant. Carent blado & vino. In æſtate maximas exercent avium & ſylveſtrium animalium venationes, quorum carnibus per hiemem vivant. nam hieme tam volatilia quam alia animalia propter immenſum illius regionis frigus aufugiunt. Poſt terminum dictarum qvadraginta diætarum pervenitur ad Oceanum, ubi in montibus nidificare ſolent herodii ſive falcones peregrini, qui inde ad magni Cham curiam perferuntur. Nec inveniuntur ullæ aliæ aves in his montibus præter herodios, & aliam aviculæ ſpeciem, qva paſcuntur herodii. *d* In inſulis maris illius naſcuntur grifalchi in magna copia, qvi inde ad magnum Cham deferuntur. Grifalchi verò, qvi de Chriſtianorum terris ad Tartaros portantur, non perferuntur ad magnum Cham, cum ille iis abundet avibus; ſed perveniunt ad eos Tartaros qui *e* Armenis & Cumanis confines ſunt. In illis ſeptentrionalibus partibus inſulæ ſunt qvædam, quæ tantum vergunt ad Aqvilonem, ut polus Arcticus illis videatur ad meridiem deflectere.

a *&.* *b* *Mect.* *c* MS. add. *cervorum.* *d* *qua dicuntur Bargelach. Aves illæ magnæ ſunt, ut perdices. Pedes papagallis habent ſimiles. Caudam verò habent ut herodii, & ſunt veloces magnique volatus.* *e* *Armeanis & Armanis.*

Cap. LXII.

De a *regione Erigimul*] *& civitate* b *Singui.*

HIc redeundum erit nobis ad civitatem Campition, de qua paulò ſuperius mentionem fecimus, ut inde ad alias digrediamur provincias, qvas nondum deſcripſimus. Igitur ſi à civitate Campition verſus Orientem itinere qvinque dierum procedatur, audiuntur in locis *c* intermediis] nocturno tempore horribiles voces dæmonum, donec *d* veniatur ad regnum *e* Erigimul, & ad regnum Cerguth, quæ ſunt regna magna,] magno Cham ſubjecta. Ibi inveniuntur Chriſtiani Neſtoriani, Idololatræ & Mahumetani. Sunt ibi multæ civitates & caſtra. Hinc ſi *f* inter orientem & meridiem procedatur, venitur ad provinciam *g* Cathai. *h* Eſt tamen inter Cathai & regnum Cerguth civitas qvædam Singui nomine] magno Cham tributaria: ubi etiam triplex illa memorata invenitur hominum ſecta. Inveniuntur etiam ibi boves ſylveſtres pulcherrimi & grandes, veluti elephantes, pilos habentes albos & nigros, longitudine trium palmorum. Multi etiam ex his bobus domeſtici facti ad onera ferenda inſtituuntur. Alii ad aratrum ligati brevi tempore magna invertunt arva. Invenitur in hac provincia *i* muſchum optimum, & quo melius in mundo non invenitur. Eſt enim animal qvoddam pulchrum in hac provincia, *k* catti habens magnitudinem, & pilos groſſos ut cervus, pedes quoque habens ungulatos, & dentes quatuor, duos ſuprà & duos infrà, longitudine trium digitorum. Juxta umbilicum verò inter cutem & carnem veſicam habet ſangvine plenam: & ſanguis is eſt muſchum, à quo tam ſuaviſſimus exhalat odor. Incolæ hujus regionis idololatræ ſunt, & libidinis ſectatores, corpore pingves & naſo parvo, *l* pilis labia obſidentibus] Mulieres pulchræ ſunt & albæ. Et viri, quando uxores ducere volunt, quærunt magis pulchras, quam nobiles ac divites.

Unde ſæpe fit ut vir nobilis & magnus pauperem ducat uxorem, ſed formoſam, matri illius dotem asſignans. Negotiatores & artifices plurimi ibi inveniuntur. Patet hæc provincia longitudine viginti qvinque diætarum, & eſt admodum fertilis. Sunt in ea maximi *m* faſiani, caudas habentes longitudinis *n* decem palmorum, aut octo. *o* Inveniuntur etiam ibi alia multa avium genera, quæ pulcherrimas habent pennas, diverſis & elegantibus diſtinctas coloribus.

a regno Ergimul. b Signi. c plurimis in via. d poſt diatas quinque. e Ergmul, quod eſt in provincia magna Tenguth. f verſus Sirochum. g Cathoy. h Prius tamen invenitur civitas Signy. i muſcatum. k catta. l capillis nigris. Viri imberbes ſunt, ſed pilos --- labia habent. m faxiani. n novem aut decem, aut VIII, ſive VII ad minimum. o duplo majores quam ſunt in Italia. Habent & faxianos, qui in magnitudine noſtris ſimiles ſunt.

CAP. LXIII.

De provincia a *Egrigaia.*

PRocedendo ulterius verſus Orientem, *b* ſeptemque exactis diætis, occurrit provincia Egrigaia, in qua plurimæ ſunt civitates & caſtra. Eſt enim de provincia magna Tanguth, cujus principalis civitas vocatur Calacia. Incolæ ejus idololatræ ſunt, præter aliquot Chriſtianos Neſtorianos, qui ibi tres habent *c* eccleſias. Subjecti ſunt omnes magno Cham. Inveniuntur in civitate Calacia panni, qvos Zambiloti vocant, de lana alba & camelorum pilis contexti, qvibus vix pulchriores in mundo inveniuntur. Deferuntur autem per negotiatores ad diverſas mundi regiones. *a Eggaya. b octo. c baſilicas.*

CAP. LXIV.

De provincia a *Teuduch, Gog & Magog, & civitate* b *Cianiganiorum.*

Ab

AB Egrigaia provincia eundo ad Orientem, ducit iter ad provinciam Teuduch, in qua ſunt civitates & caſtra multa, ubi etiam manere conſuevit rex ille magnus, & toto orbe terrarum nominatiſſimus, *c* vulgò] Presbyter Joannes dictus. Modo autem provincia illa tributa pendet magno Cham, habens regem qui eſt de progenie Presbyteri Joannis. *d* Ceterum omnes magni Cham poſt mortem illius qui à Cinchis in prælio fuit occiſus, tradiderunt filias ſuas illis regibus in uxores. Et licet ibi ſint aliqui idololatræ, & item aliqui Mahumetani, tamen major pars provinciæ fidem obſervat Chriſtianam. Et hi Chriſtiani primas tenent in hac provincia: præſertim ubi eſt gens quædam Argon vocata, quæ reliquis populis ſagacior eſt & elegantior. Sunt etiam ibi regiones Gog & Magog, *e* quos illi nominant Lug & Mungug.] In his locis reperitur lapis Lazuli, de quo fit *f* azurum optimum. Fiunt quoque ibi Zambiloti optimi de pilis *g* camelorum: & item panni de auro & ſerico diverſarum *h* habitudinum. Eſt ibi civitas Sindacui nomine, in qua fiunt arma pulcherrima & optima, diverſorum generum, pro exercitibus neceſſaria. In montibus hujus provinciæ ſunt magnæ mineræ argenti, & multiplices venationes ſylveſtrium beſtiarum: vocaturque regio montium *i* Ydifa. Diſtat tribus diætis à memorata civitate alia civitas *k* Cianiganiorum, in qua eſt palatium maximum, magni Cham habitatio, quando ad illam divertit civitatem. Proficiſcitur autem ſæpius illuc, quia juxta civitatem ſunt lacunæ, in quibus diverſorum generum aves inveniuntur, præſertim *l* grues, faſiani, perdices, & his ſimiles aves. Hæ aves capiuntur grifalchis, herodiis ſeu falconibus: habetque rex ipſe in hoc ſummam delectationem. Sunt ibi quintuplices grues: quædam habent alas nigras ut corvi: aliæ ſunt albæ & candidæ, habentes pennas plenas oculis aurei coloris, ut ſunt apud nos caudæ pavonum: rurſus aliæ inveniuntur ibi noſtris haud diſſimiles: ſunt deinde

aliæ

aliæ qvæ ſunt parvæ, ſed habentes pennas longas & pulcherrimas, rubro nigroqve permixtas colore. Qvinto ſunt ibi grues griſei coloris, oculos habentes rubeos ac nigros, & hæ ſunt valde magnæ. Eſt juxta hanc civitatem vallis qvædam, in qva multæ ſunt caſæ, in quibus maximus numerus nutritur perdicũ, qvi ſervantur pro Rege illuc pro tempore divertente.

a Tenduch. b Cyangamor. c à Latinis. d cujus nomen eſt Georgius. e in lingua ſua nominant Gon Unc. Magog vero Minibul. f aurum, g zambellorum. h manerierum. i ydifu. k Cyangamor. l cigni.

CAP. LXV.

De civitate a *Ciandu & nemore ejus, itemque de feſtivitatibus quibusdam Tartarorum.*

A Civitate Cianiganiorum tres ſunt diætæ contra Aqvilonem ad civitatem Ciandu, qvam ædificavit magnus Cham Cublai, extruens in ea maximum ac pulcherrimum palatium marmore conſtans, & auro adornatum. Juxta palatium iſtud eſt nemus regale, muris undique cinctum, qvorum circuitus patet milliariis XV. In nemore verò ſunt fontes & flumina, atque prata, & variæ beſtiarum ſpecies: ut cervi, damulæ, capreoli cum falconibus, qvi Regi in voluptatem & cibum ſervantur pro tempore, qvando illuc divertit. Divertit autem ſæpe venationi operam daturus, eqvo inſidens, ducitque ſecum leopardum domeſticum, qvem in cervos aut damulas provocat, captamque beſtiam grifalchis tradit, atque in hac re ſpectanda miram capit voluptatem. In medio nemoris domus qvædam de arundinibus conſtructa pulcherrima conſiſtit, intus & foris deaurata, & variis picturis adornata, atque tali artificio communita, ut à pluvia neqvaqvam illi injuria fieri poſſit. Poteſt quoque domus ipſa in modum tabernaculi diſſolvi atque deponi, & rurſum erigi. Nam ſuſtinetur

tur,qvando erecta fuerit, circiter ducentis funibus ſericis. Porrò arundines ex qvibus conſtat, habent ſingulæ qvindecim paſſus in longitudine, & in ſpiſſitudine tres palmos: ex qvibus fiunt columnæ, tabulæ, & compagines, ſed & imbricamenta. Nam dividuntur arundines juxta nodos, & pars illa per medium ſciſſa duas præbet tegulas, qvæ domo ſuperpoſitæ eam à pluviarum defendunt ſtillicidiis. Solet magnus Cham tribus menſibus per annum illic habitare, ſcilicet in Junio, Julio atque Auguſto. nam eſt ibi aëris conveniens temperies, caretque locus ipſe ſolis ardoribus. His igitur menſibus domus erecta manet, cæteris vero temporibus depoſita & convoluta ſervatur. Proinde die vigeſimo octavo Auguſti Rex à civitate Ciandu diſcedens, proficiſcitur ad locum alium, diis ſuis ſolenne facturus ſacrificium, à qvibus ſperat ſibi, uxoribus, filiis, & animalibus qvæ poſſidet, vitam & ſanitatem concedi. Nam habet armenta magna eqvorum alborum & eqvarum albarum, quæ putantur excedere numerum decem millium. In hac autem feſtivitate præparatur lac eqvinum in vaſis decentibus, & Rex ipſe manibus ſuis propriis diffundit hinc inde lac illud pro honore Deorum ſuorum, arbitrans, & à Magis ſuis ſic edoctus, qvod Dii lac bibant effuſum, & ſoliciti ſint conſervatores omnium eorum qvæ poſſidet. Poſt ſacrificium illud nefandum bibit Rex de lacte eqvarum albarum, nec ulli alteri licet illa die bibere de lacte illo, niſi fuerit de progenie Regis, præter populum qvendam regionis illius *b* Horiach vocatum, qvi hoc etiam gaudet privilegio, propter victoriam qvandam magnam, qvam pro magno Cham Chinchis obtinuit. Hic igitur ritus die vigeſimo octavo Auguſti ſolenniter in perpetuum à Tartaris obſervatur. Hinc etiam fit ut eqvi albi atqve eqvæ in magno à populo illo habeantur honore. Comeduntur etiam in hac provincia carnes hominum, qui publico judicio ad mortem condemnati ſunt. Qvi vero ex ægritudine moriuntur, horum carnes non comeduntur. Habet magnus Cham Magos qvi dæmonum arte obtene-

brant & in caliginem convertunt aërem, luce ſuper palatium Regis clara permanente. Agunt etiam hi Magi ut Rege juxta menſam ſedente ſcyphi ejus aurei dæmonum arte ab alia menſa, qvæ in medio aulæ conſiſtit regia portans vaſa, ſuper menſam Regis exiliant: dicuntqve, ſe id ſecreta qvadam efficere arte. Et qvando feſta idolorum ſuorum celebrant, dantur illis à Rege arietes, qvos cum lignis aloës & thure ceu odoriferum ſacrificium diis offerunt, coctaſqve arietis carnes cum cantu & maxima lætitia idolis devorandas exhibent. Jus verò carnium ante idola effundunt, aſſerentes ſic DEorum ſuorum promereri clementiam, qui terris fertilitatem largiantur.

a Cyandi. b Horiath.

CAP. LXVI.

De Monachis quibusdam idololatris.

INveniuntur in regione illa plurimi monachi, idolorum cultui deputati. Habent hi monaſterium qvoddam magnum, oppiduli habens magnitudinem, in qvo ſunt circiter duo millia monachorum, qvi idolis ſerviunt, raſura & veſte à laicis ſequeſtrati. Nam radunt caput & barbam, veſtemqve induunt religioſam. Hi in idolorum ſolennitatibus magnis clamoribus cantant, luminaria multa in templo accendunt, aliisqve compluribus diſtinentur ſtultis ceremoniis. Sunt & aliis locis monachi & varii idololatræ, qvorum quidam multas habent uxores: alii verò pro honore DEorum ſuorum caſtè vivunt, vitam auſteram ducentes. nam nihil comedunt præter farinæ purgamenta aquis diluta. Veſtiuntur quoqve pannis rudibus & aſperis, coloris *a* abjecti, & lecti mollitiem vitantes, dormiunt ſuper rigentia ſtramina. Alii tamen monachi, qvi laxioris ſunt vitæ, judicant hos tam auſterè viventes hæreticos, qvod non debito vivendi modo Deos colant.

a nigri.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De potentia & magnificentia a *Cublai*] *Regis maximi Tartarorum.*

IN hoc ſecundo libro ſcribere inſtitui de magnificentia, pompa, ſumptuoſitate, potentia, divitiis, & imperii adminiſtratione Cublai, Tartarorum ſummi Imperatoris, qui noſtro ævo regni ſceptra gubernat. Is enim in ſua magnificentia & dominio longe ſuperat omnes prædeceſſores ſuos, adeò ampliavit imperii ſui limites, ut fere totum orientem ſuæ habeat ſubjectum poteſtati. b Is] ex proſapia Chinchis, primi Tartarorum principis, ſatus, ſextus Imperator illius terræ fuit, anno ſcilicet domini M. CC. LVI regnare incipiens, & populo magna ſapientia atque gravitate præſidens. c Eſt vir ſtrenuus, in armis exercitatus, corpore robuſtus atque animo ad res gerendas promptus, conſilio pollens, & in populi gubernatione providus atqve circumſpectus. Nam priusquam imperii conſequeretur faſces ſæpe ſtrenuum in bellis egit militem, atqve in cunctis ut prudentem virum ſe gerebat. Interim tamen, quo regno præfuit, non niſi ſemel ad pugnam proceſſit, ſed filios ſuos d & alios aulicos] loco ſui illuc deſtinavit.

a def. MS. b *Eſt autem hic magnus Kaam, i.e. dominantium Dominus.* c *Nam quidam ex fratribus & conſanguineis ejus ipſum, ne regnaret, conati ſunt impedire; ſed tamen de jure regni ſucceſſor debebatur.* d *vel barones.*

CAP. II.

Qualiter Cublai rex à patruo ſuo Naiam rebellionem ſuſtinuit.

DIximus Cublai regem ſemel ad pugnam egreſſum: ſed modo cauſam explicabimus. Anno Domini a M. CC. LXXXVI patruus ejus Naiam nomine, qvum triginta eſſet annorum & multis populis atque regionibus eſſet præfectus, juvenili elatus vanitate, motus eſt contra dominum ſuum Cublai, maximum contra eum ducens exercitum, & ut felicius pugnaret, aſcivit in auxilium alium qvendam regem Caydu nomine, qvi nepos erat Cublai imperatoris; ſed odio habebat eum. Rebellioni igitur aſſenſum præbens, promiſit ſe in propria venturum perſona, conductis centum millibus militum. Hi igitur ut condixerunt, convenire decreverunt cum ſuis copiis in planitie qvadam, pariter Imperatoris terras invaſuri. Porro Naiam in exercitu ſuo habuit circiter b qvadraginta millia militum. c

a M. CC. LXXX. b quadringenta millia. c & ad deſignatum pervenit locum, & ibi Cayda regis præſtolabatur adventum.

CAP. III.

Qualiter Cublai ſe contra hoſtes munivit.

NOn autem latuit Cublai Imperatorem, qvid conſangvinei ſui molirentur contra eum, & qvam acerbo animo contra ipſum concitati eſſent, publica facta conſpiratione. Quapropter per caput ſuum & imperialem coronam juravit, qvod ſe defenderet ab illis, & vindicaret hoſtium ſuorum audaciam. Unde in viginti duobus diebus comparavit exercitum maximum, nempe trecenta ſexaginta millia eqvitum, & peditum centum millia, idque ex his qvi vicini erant civitati Cambalu. Et quanquam longe majorem potuiſſet congregare exercitum, tamen qvia ſubito & quaſi ex improviſo voluit irruere in hoſtes, noluit diutius moram trahere in aggregando majori exercitu, ne inſtitutum ejus Naiam hoſti patefieret, & fugam meditaretur, aut ad tutiora loca exercitum ſuum perduceret. Habuit quidem Imperator

rator tunc & alios exercitus in armis, ſed qvos contra diverſas miſerat provincias expugnandas. Et hos qvoque revocare noluit, qvò minus hoſti conſilium ſuum aperiretur. Interim autem mandavit omnes vias maxima cuſtodiri diligentia, ne expeditio ſua ullo pacto Naiam hoſti innoteſceret, atque præſentire poſſet adventum ſuum. Unde cuncti euntes & redeuntes à regis cuſtodibus tenebantur, ne vel aliquid rumoris ad Naiam perveniret. Rebus itaque ſic ſe habentibus, conſulit Rex Cublai aſtrologos, quando fata felicem ſibi indicarent profectionem, & qua hora itineri ſe accingere debeat. Qui omnes paribus votis regi cuncta felicia prædicunt, adeſſeque ajunt tempus quo de hoſtibus triumphet.

Cap. IV.

Quomodo Cublai devicerit Naiam.

IGitur Cublai imperator cum exercitu ſuo ſolvens, profectus eſt *a* uſque ad planiciem, ubi Naiam adhuc præſtolabatur adventum Caydu regis, qui illi ſuppetias erat laturus. Et Cublai ad collem quendam caſtra metatus quievit illa nocte cum exercitu ſuo. Populus vero Naiam nihil ſibi metuens, nec periculi aliquid adeſſe ſciens, inermis per planitiem vagabatur, genio largius vacans. Et transacta nocte, ut dies terris reddi cœpit, Cublai imperator in collem aſcendens, exercitum ſuum in duodecim diſtinxit acies, *b* tria millia militum una habente acie. Pedites vero juxta milites tali collocati ſunt ordine, ut in quibusdam aciebus duo pedites lanceas tenentes duo militum ſtiparent latera. Rex vero ipſe ſedebat in caſtro qvodam mirabili *c* ſuper quatuor conſtructo elephantos, in qvo etiam regale erat vexillum. At exercitus Naiam, ubi vidiſſet inſignia & acies Cublai, vehementer expavit, quippe qvi adhuc

expectabant ſubſidium regis Caydu. Et continuo currentes ad tentorium Naiam, qvi cum concubina qvam adduxerat dormiebat, excitaverunt illum. At ille, qvantocyus potuit, exercitum ſuum in acies diſpoſuit. Eſt autem conſvetudo omnium Tartarorum, ut tubis primum clangorem edant, & tangant cuncta exercitus inſtrumenta atqve altis vocibus cantent, & tandem ſigno à rege dato arma contra hoſtem corripiant. Sic qvum uterqve exercitus ſuas abſolviſſent cantilenas, jubet Cublai buccinis ſignum dare, & hoſtem aggredi. Illico autem manus conſerere cœperunt, & tam atrox prælium inierunt, ut putares imbrem ſagittarum & jaculorum per aërem deſcendere. Baliſtis laxatis, mutuo gladiis & lanceis ſe interficiunt. Erat qvidem Naiam profeſſione & nomine Chriſtanus, ſed non operum fidei ſectator, ſignaveratqve principale vexillum ſuum crucis ſigno, habens ſecum non paucos Chriſtianos. Commiſſum eſt itaqve prælium ab initio diei uſqve ad meridiem, & ceciderunt multi ex utroqve exercitu, donec tandem Cublai ſuperior evaderet, & hoſtem in fugam verteret. Mox autem ut populus fugere cœpit, Naiam captus eſt, & ingens multitudo in fuga ipſa occiſa.

a Diebus XX. b triginta millia. c ligneo.

CAP. V.

Quomodo Naiam ſuffocatus fuerit.

REx itaqve Cublai captum habens hoſtem ſuum, jusſit ut confeſtim occideretur, qvi auſus fuerat contra dominum ſuum arma movere, & rebellionem excitare. Sed qvoniam erat de proſapia ſua, noluit ut ſangvis regius de ſtirpe ſua funderetur, ne terra regium biberet ſangvinem, aut ſol vel aër viderent mala morte qvenqvam de regali progenie natum interire. Juſſit igitur ut tapeto involutus atqve ligatus tamdiu hinc inde

inde duceretur, agitaretur, & impelleretur, donec contracto anhelitu ſuffocaretur. Hoc autem mortuo optimates ſui & cunctus populus qvi evadere potuerunt, inter qvos multi fuerunt Chriſtiani, ſponte ſe ſubmiſerunt dominio & obedientiæ Cublai imperatoris.* Et tunc qvidem qvatuor provinciæ acceſſerunt ditioni ejus, qvarum nomina ſunt *a* Funotia, Cauli, *b* Barſcol & *c* Sinchintingui.

a Fuciorcia. b Berſel. c Sichimtinguy.

Cap. VI.

Compeſcit Cublai Judæos & Saracenos, crucis Chriſti contemptores.

Porrò Judæi & Saraceni qvi in exercitu Cublai fuerunt, cœperunt Chriſtianis qvi cum Naiam venerant, exprobrare & dicere, qvod Chriſtus, cujus ſignũ Naiam in vexillo habuerat, non potuerit ſuis auxilio eſſe: hasqve contumelias qvotidie Chriſtianis objecerunt, Chriſti potentiam ut inanem irridentes. Chriſtiani vero qvi ad regis Cublai obedientiam venerant, indignum rati ut talia ferrent convicia, qvæ gloriam Chriſti minuerent, conqveſti ſunt Imperatori, qvales illis inferrentur injuriæ. At ille convocans Judæos & Saracenos, ad Chriſtianos converſus ait: DEus veſter, & crux ejus, noluit quidem Naiam præſidium ullum ferre; verùm vos propterea nolite erubeſcere, qvoniam Deus bonus & juſtus injuſtitiæ & iniqvitati patrocinari minime debuit. Naiam domini ſui proditor exſtitit, atqve contra omnem æqvitatem rebellionem excitavit, & quidem Dei veſtri auxilium in ſua malitia imploravit. Sed ille ut Deus bonus & rectus noluit favere illius criminibus. Unde mandans Judæis & Saracenis, cæteriſqve Chriſtiani nominis baſphematoribus interdicebat, ne ullus eorum Chriſtianorum Deum aut crucem amplius blaſphema-

phemare præſumeret. Sic illis ſilentium impoſitum eſt. Cublai vero tumultu ſedato cum victoria & gaudio ad civitatem ſuam Cambalu eſt reverſus. *a*

a Addit MS. quæ in fine cap. I. habentur.

CAP. VII.

Qualiter magnus Cham remuneret milites ſuos parta victoria.

PORrò præfectos, exercituum duces, atqve alios anteſignanos milites rex Cublai, qvum victor è bello redit, honorat hoc modo. Eum qvi antea præerat centum militibus, in gradum ſublimiorem collocat, atqve mille præficit militibus: & ſic gradatim reliqvos belli duces in digniorem ponit locum, donatqve illis aurea & argentea vaſa, tabulas, privilegia atqve immunitatem. Et hæc qvidem privilegia tabulis vel bracteis per ſculpturas imprimuntur. Ex uno latere ſcriptura hujus tenoris continetur: Propter Dei magni virtutem, & propter gratiam magnam qvam Imperatori contulit, nomen magni Cham benedictum ſit. In alio vero latere ſculpta eſt imago leonis cum ſole vel luna, vel imago grifalchi, aut reliqvorum animalium. Qvicunqve autem habet tabulam cum leone & ſole atque luna, qvando procedit in publicum, defertur pallium ſupra eum in ſignum magnæ autoritatis. Qui autem grifalchi habet imaginem, poteſt ſecum de loco uno ad aliũ ducere univerſam cujuſcunq; principis vel regis militiam. Sicqve omnia in ſuum diſtributa ſunt ordinem, tabulis indicantibus, qvibus obedire oporteat. Et ſi quis juxta tabularum expreſſionem obedire noluerit, contempſeritqve præſcriptam autoritatem, ut rebellis Imperatori interficitur.

CAP.

Cap. VIII.

De forma Cublai atq; uxoribus, filiis & ancillis ejus.

REx Cublai eſt homo admodum pulcher, ſtatura mediocri, non nimis pingvis, nec nimis macilentus, faciem habet rubicundam atqve candidam, oculos magnos, naſum pulchrum, & omnia corporis lineamenta debita proportione conſiſtentia. Habet uxores IV, qvas legitimas cenſet, & ſuccedit ei in regno primæ primogenitus. Et quælibet harũ qvatuor, peculiarem curiam, eamq; regalem, in proprio palatio tenet, habens circiter trecentas electas pedisſequas & famulas, multoſque miniſtros eunuchos, & aliam familiam plurimam. a Habet præterea Rex ipſe concubinas multas. Nam eſt inter Tartaros natio quædam quæ dicitur b Ungrac!, quæ mulieres habet admodum formoſas & moribus conſpicuas: de quibus nutrit in palatio ſuo circiter centum, quæ ſcilicet elegantioris ſunt formæ: & ſuper has conſtituit matronas quasdam, quarum officium eſt ut illarum curam gerant, & diligenter conſiderent, quando in infirmitatem ceciderint, aut maculam aliquam contraxerint: alioquin regis complexibus frui non poterunt. Ex his concubinis ſex deputantur tribus diebus ac noctibus pro cuſtodia regiæ cameræ: & dum rex vadit dormitum, aut è lecto mane profilit, aſſiſtunt ei ut miniſtræ, atque in cubiculo ejus dormiunt. Quarta verò die ſex aliæ prioribus in dicto miniſterio ſuccedunt, tribus diebus & totidem noctibus regi obſequentes. Et his rurſum aliæ ſex ſuccedunt: continuaturqve hæc permutatio, donec omnes centum miniſterio regis fuerint adhibitæ. Porrò de qvatuor legitimis uxoribus habet Rex Cublai XXII filios, vocatusqve fuit primæ uxoris primogenitus c Chincis, qvi illi ſucceſſurus erat in imperio, niſi ante patrem in fata concesſiſſet. Is itaqve reliqvit filium

 lium

lium nomine Temur, qvi eſt homo ſtrenuus, prudens, & in militia exercitatus, ſuccedetqve avo in imperio, loco patris ſui defuncti. Cæterum de ancillis & famulabus ſuis habet rex Cublai *d* XXVII filios: qvi omnes in aula ſua ſunt magni barones.

a viri & mulieres circiter XM. b Bugas. c Chimebini. d XXV.

CAP. IX.

De palatio ejus quod eſt in Cambalu, & loci amœnitate.

TRibus anni menſibus, nempe Decembri, Januario & Februario, Cublai rex in regia civitate Cambalu moratur, ubi palatium habet miro artificio extructum. Ambitus enim ejus continet milliaria IIII, qvadratura qvalibet unum milliare complectente. Et eſt murus is ſpiſſus valde, decem paſſibus in altum conſurgens. Superficies ejus extrinſeca colore albo & rubeo nitet. In ſingulis qvatuor muri angulis palatium pulchrum & magnum fortalitii loco conditum eſt. Sic in medio cujuslibet qvatuor murorum palatium egregium extructum eſt: eaqve in univerſum octo ſunt. In his conſervantur arma, inſtrumenta, tormenta & vaſa bellica: nempe arcus, ſagittæ, pharetræ, calcaria, *a* frena, lanceæ, clavæ, funiculi arcuum, & reliqva qvæ in bello neceſſaria ſunt, ſingulaqve armorum genera in ſingulis poſita ſunt palatiis. Porrò facies palatii qvæ meridiem reſpicit qvinqve habet portas: qvarum media major eſt omnibus, nec unqvam aperitur niſi pro regis introitu. Nam nulli per eam patet ingreſſus niſi ſoli regi. Sed hæc habet duas minores collaterales portas, per qvas ingrediuntur reliqvi qvi regem comitantur. Qvælibet verò reliqvarum trium facierum unicam duntaxat in medio habet portam, per qvam qviſqve ingredi poteſt. Cæterum intra jam memoratum murum alius murus cingit

git hoc regium caſtrum, habens, ut prior murus, in angulis & meditulliis eorum octo palatia, in qvibus continentur alia vaſa & pretioſa jocalia regis. In ſpatio vero medio interiori eſt regium palatium, habitaculum ſcilicet in qvo rex moratur. Hoc palatium caret ſolario: pavimentum verò ejus exteriori fundo præeminet decem palmis. Tectum ejus altum eſt valde, pictura decoratum. Parietes aularum & conclavium auro & argento fulgent. Ubiqve picturæ pulcherrimæ, & bellicarum rerum hiſtoriæ, ſeſe ingredientium oculis offerunt, vivaci colore & rutilanti auro coruſcantes. In aula majori ad menſam ſimul recumbunt circiter ſex hominum millia. Intra dictos muros totum caſtrum ambientes, ſunt plurima viridaria atqve prata, lignis pomiferis atqve variis conſita arboribus. Diſcurrunt etiam per hæc viridaria animalia ſylveſtria, ut cervi & animantia ex qvibus *b* muſcum colligitur, *c* capreæ, damulæ & aliarum ſpecierum animalia. Verſus Aqvilonem verò ſunt vivaria in qvibus meliores qviqve piſces qvi haberi poſſunt nutriuntur. In lacum illum ingreditur fluvius qvidam & rurſus egreditur, cratibus ferreis loco introitus & exitus communito, ne piſces elabi qveant. Extra palatium ſpatio unius leucæ eſt monticulus qvidam centum paſſibus in altum erectus, cujus circumferentia milliaris continet ſpatium, arboribus ſemper virentibus conſitus. In hunc montem jubet Rex arbores qvaſqve optimas à remotis partibus adduci, onerans illis elephantos. extrahuntur enim cum radicibus & transplantantur in hunc montem. Et qvoniam is mons perpetuo viret, vocatur Mons viridis. In cacumine ejus eſt palatium egregium, viridi diſterminatum colore, in qvo magnus Cham ſæpe genio vacat. Eſt & aliud magnum palatium ſeu caſtrum juxta magni Cham extructum caſtrum, in qvo Temur primogenitus ejus, illi in imperio ſucceſſurus, cum aulicis ſuis magnificè & regaliter vivit. Nam ampliſſimam habet auctoritatem & ſigillum imperiale; verum magno Cham ut domino ſubjectus.

a ſella. b muſcatum. c ut in primo libro dictum eſt.

CAP. X.
Deſcriptio civitatis Cambalu.

CIvitas Cambalu in provincia Cathai juxta magnum ſita flumen, ab antiqvis temporibus inſignis fuit & regalis. Sonat autem Cambalu a civitas domini. Hanc magnus Cham transtulit in aliam fluminis partem. nam didicerat ab aſtrologis, qvòd imperio rebellis futura eſſet. Civitas in qvadrum conſtructa in gyro complectitur viginti qvatuor milliaria, quolibet quadrati latere ſex habente milliaria. Muros habet dealbatos, altitudinis XX paſſuum, latitudinis decem: ſpiſſitudo tamen illa ſenſim aſcendendo tenuior fit. Habet quælibet muri qvadratuta tres portas principales, qvæ in univerſum duodecim ſunt, conſtitutis juxta ſingulas magnificis palatiis. In angulis qvoque murorum ſunt egregia palatia, ubi civitatis conſervantur arma. Tranſeunt per hanc civitatem vici & plateæ rectisſimæ, ut ab una porta liber aſpectus pateat per civitatem ad portam oppoſitam, domibus elegantisſimis palatiorum inſtar utrinqve conſtructis. Porrò in medio civitatis ædes qvædam magnifica eſt exſtructa, in qva campana pendet prægrandis, cum qva veſperi tria fiunt ſigna, poſt qvæ nemini licet domum egredi uſqve ad initium ſeqventis diei, niſi infirmorum aut b parentum } cauſa. Et qvi noctu per civitatem ire neceſſitate cogente volunt, lumen ſecum deferre coguntur. Singulæ civitatis portæ c à mille cuſtodiuntur hominibus, non qvidem propter hoſtium timorem, ſed latronum & prædonum. Cavet enim rex ſummo ſtudio ut fures & prædatores arceantur.

a in noſtra lingua. b parientis mulieris cauſa. c MS. add. *noctibus ſingulis.*

CAP. XI.
De ſuburbiis & mercatoribus civitatis Cambalu.

Extra

Extra civitatem Cambalu *a* duodecim] ſunt magna ſuburbia, ſingulis *b* duodecim portis contigua, in quibus jugiter mercatores inveniuntur, & advenæ homines. Nam propter curiam regis & multiplices mercantias innumerus indies confluit populus, qui in ſuburbiis illis rerũ negotia tractat. Nec habent ſuburbia, ut alias fieri ſolet, domos quæ à ſplendore & magnificentia domorũ civitatis degenerent, ſolo regali excepto palatio. Intra hanc urbẽ nullũ hominis cadaver ſepelitur, ſed extra ſuburbia, idololatrarum corpora *c* comburuntur, & reliqvarũ ſectarum funera ſepeliuntur.] Et *d* quoniam ingens multitudo exterorum hominum ſemper illic verſatur,] habentur in ſuburbiis circiter XX millia meretricum: intra vero mœnia civitatis nulla ſuſtinent. Dici non poteſt, quanta vis mercimoniorum & opum in hanc urbem convehatur: putares toti orbi illa ſufficere poſſe. Advehuntur *e* autem] lapides pretioſi, uniones, ſericum, & diverſarum ſpecierum aromata *f* ex India, Mangi, Cham & aliis regionibus.] Nam urbs hæc *g* qvodammodo omnium circumjacentium provinciarum eſt centrum.] Nec tranſit dies ulla per integrum annum, in qva non circiter mille *h* qvadrigæ] ſerico oneratæ ab exteris mercatoribus convehantur, ex qvo per ingenioſos urbis artifices *i* mira] parantur indumenta.

a def. MS. *b* def. MS. *c* def. MS. *d* Cauſalis hæc in MS. ad præcedentem paragraphum refertur. *e etiam. f de* [illegible], *Manzi, & Cathay, & aliis regionibus infinitis. g in meditullio provinciarum multarum. h caruca. i infinita*

Cap. XII.

Magnus Cham ſatellitio maximo ſtipatur & cuſtoditur.

Habet magnus Cham in curia ſua XII millia eqvitum quos vocant *a* Quæſitã, id eſt, fideles domini milites, *b* qvi corpus ſuum cuſtodiunt.] Et iſtis quatuor præfecti ſunt duces quo-

quorum quilibet tribus præeſt millibus. Horum officium eſt ut diximus die noctuque regem obſervare, & ejus cuſtodiæ mancipatos eſſe. Unde etiam à curia regis recipiunt impenſas. Cuſtodias autem ſuas tali diſtribuunt ordine: qvum per triduum dux unus cum tribus millibus militum intra palatium regem ſtipaverit, tribus ſeqventibus diebus dux alius cum aliis tribus millibus militum, qvi interim quieverunt, obit hoc cuſtodiæ munus, cui iterum dux alius cum militibus ſuis ſuccedit; ſicqve per totum annum hæc cuſtodiæ obſervatur viciſſitudo: non quòd regem tanta maneant pericula, ſed ut magnificentia ſua major appareat.

a Quaſicam. b def. MS.

CAP. XIII.

De magnifico apparatu conviviorum ejus.

POmpa quæ in conviviis regis obſervatur tali celebratur ordine. Qvum propter feſtum aliquod, aut aliam rationabilem cauſam, Imperator voluerit in majori aula convivium inſtituere, menſa ejus cæteris menſis ſublimior ad aquilonarẽ aulæ partem ponitur, & rex juxta eã ſedens vertit faciem ad meridiẽ, habens ad ſiniſtram reginam majorẽ, principalem ſcilicet uxorem, & ad dextram filios atq; nepotes & qui de regali ſunt proſapia. Ipſorũ tamen menſa eſt in demiſſiori loco, ut vix attingant pedes capitibus ſuis. Reliqui verò barones & milites ſedent adhuc in demiſſiori loco, habentes ſinguli uxores ſuas ad ſiniſtram collocatas, tenetque qvilibet Dux & nobilis gradum ſuum & ordinem, ſicut & uxores eorum. Nam omnes nobiles in curia Imperatoris tempore ſolennitatis pranſuri, ducunt ſecum uxores ſuas. Et Imperator ipſe, dum in menſa ſua recumbit, poterit ad omnes deflectere oculos ſuos, qui in aula illa convivantur. Porrò extra

tra aulam illam regiam ſunt etiam aliæ aulæ collaterales, in quibus ſolennitatum tempore nonnunquam quadraginta millia hominum cibantur, quorum multi ſunt aulici, alii verò *a* feuda ab Imperatore renovantes: joculatorum quoque & mimorum *b* concurrentium non eſt numerus. Proinde in medio aulæ regiæ vas quoddam aureum erigitur, ex quo vinum aut alius quiſpiam optimus potus in modum fontis ſcaturit, IIII aliis doliis aureis hinc inde ſitis, quæ vini illius fluenta ſuſcipiunt. Et ex doliis hauritur vinum, quod diſcumbentibus largiter apponatur. Nemo autem in hac diſcumbens aula alio quàm aureo utitur poculo. Dici non poteſt, quantus ſit apparatus, & quanta magnificentia in vaſis & omnibus utenſilibus, quando magnus Cham in aula ſua regia publicè diſcumbit. Porrò Principes qui Regi diſcumbenti miniſtrant, omnes delicatiſſimo ſerico panno ora ſua cooperiunt, ne ipſorum flatus ſeu halitus quoquo modo regium cibum aut potum contingere queat. Et qvum Imperator ſcyphum levat ut bibat, omnes circumſtantes citharœdi & muſicorum inſtrumentorum luſores, inſtrumentorum ſuorum chordas tangunt, & ſuaviſſimam edunt melodiam: atqve cæteri aulæ miniſtri interim genu flectunt. De cibis qvi ad menſam deferuntur non eſt ut qvicquam ſcribam, quàm opipari ſint & delicati, & quàm magnificè atque pompaticè inferantur. Prandio finito accedunt citharœdi & harmoniaci, quiqve concentores, joculatores, & nigromantici, qvi miras melodias & miros geſtus ante regis menſam edunt, qvibus illius animum jucundum reddunt, & in hilaritatem ſolvunt.

a qui feuda tenent ab eo terrarum & regiminum. b & qui jocalia deferunt & res novas varias & diverſas.

Cap. XIV.

Qualis magnificentia ſervetur in natali Regis.

Ser-

SErvant omnes Tartari hunc morem, ut diem natalem *a* Domini ſui] honorificentisſimè celebrent. Feſtum verò natale magni Cham Cublai, eſt vigeſimo octavo die Septembris, & hunc diem celebriorem ducit quàm ullum totius anni diem, excepta feſtivitate Calendarum Februarii, qua annum ſuum incipiunt. *b* In natali itaque ſuo Rex induitur veſte aurea pretioſisſima, & omnes aulici *c* ſimiliter optimis & melioribus quæ habent induuntur veſtimentis, qvibus ſingulis *d* Rex donat aureas zonas magni valoris, & calceamenta de *e* camuco parata, filo conſuta argenteo, adeoqve ſinguli ad honorem Regis ornare ſe ſtudent, ut nullus non regiam præ ſe ferat formam. *f* Hæc autem pompa nedum in Regis natali fit, verùm & in aliis feſtivitatibus, quas Tartari per annum habent, numero tredecim, pro quibus Rex annuatim aulicis ſuis pretioſiſſimas largitur veſtes, ornatas auro, margaritis, & lapidibus aliis pretioſis, unà cum zonis & calceamentis, ut jam præmiſimus. Nec ſunt aulicorum veſtes diſcolores à regia veſte. Servatur etiam hæc conſuetudo apud Tartaros, ut in natali magni Cham omnes Reges, Principes & nobiles, qui ditioni illius ſubjecti ſunt, mittant illi, ut Imperatori ſuo, donaria. Et qui conditionem aliquam aut officium ab eo impetrare cupiunt, poſtulationes ſuas duodecim Baronibus, qui ad hoc ipſum conſtituti ſunt, offerunt, & quod illi decernunt, perinde eſt ac ſi Imperator ipſe reſpondiſſet. Aſtringuntur etiam omnes populi, cujuſcunque ſint fidei aut ſectæ, ſive Chriſtiani, ſive Judæi, ſive Saraceni, ſive Tartari, cæteriqve pagani, ut Deos ſuos ſolenniter invocent pro vita, incolumitate, & proſperitate magni Cham.

a ſuum. b Menſis enim Februarii primus apud eos eſt in menſibus anni. c Barones (&) milites numero XIIM, qui dicuntur proximi fideles Domini. d feſtis, quæ ſunt in anno XIII. e camulco. f add. MS. *Licet enim veſtis regis pretioſior ſit, veſtes tamen illorum militum ſic ſunt pretioſæ, quod ex iis multæ excedunt valorem XM. Biſancium aureorum. g* add. MS. *numero 6. & L ſex M.*

CAP.

Cap. XV.

De initio anni, quod ſolenniter celebrant Tartari.

IN die Calendarum Februarii, qvi initium eſt anni Tartarici, magnus Cham & omnes Tartari, ubicunqve ſunt, maximum & ſolenne celebrant feſtum, omneſque unanimiter tam viri qvàm mulieres ſtudent albis indui veſtibus, vocantes diem illum *a* feſtivitatem alborum. Nam credunt veſtem albam bonum habere fatum: ideo ut toto anno fortuna illis ſit propitia, in anni initio albis induuntur. Porrò civitatum rectores & provinciarum præfecti, memores officii ſui, mittunt Imperatori hoc die munera aurea & argentea, uniones & gemmas, pannos pretioſiſſimos & eqvos candidi coloris: unde nonnunqvam fieri ſolet, ut Regi in hoc feſto offerantur centum millia alborum eqvorum. Sic cæteri Tartari ſibi invicem *b* munera] mittunt ab initio anni, idqve ominis gratia, credentes omnia per annum felicius ſucceſſura. In hoc deniqve feſto omnes elephanti, qvos habet Imperator, numero *c* qvinqve millia, ducuntur ad curiam, veſtiti tapetis, in qvibus pictæ ſunt imagines variæ animalium & avium, portantes in humeris ſuis capſas, plenas aureis & argenteis vaſis, qvibus opus habetur pro feſto alborum magnificè celebrando. Multi qvoqve cameli pulcherrimis cooperti pannis adducuntur, qvi alia apportant, qvæ pro tanto convivio ſunt neceſſaria. Illuceſcente autem die Alborum, omnes Reges, Duces, Barones, milites, medici, aſtrologi, præfecti provinciarum atqve exercituum, & alii Imperatoris officiales, ad aulam Regis conveniunt, & quibus locus in ea contingere neqvit ob hominum multitudinem, hi collaterales ingrediuntur aulas. Cunctis itaqve in ſuo ordine & gradu ſedentibus juxta cujuslibet officii dignitatem, ſurgit unus in medio, & alta voce clamat, Inclinate & adorate. Hac voce facta, conſurgunt omnes celeriter & genu flectunt, fronteq;

ad terrã demiſſa qvaſi Deũ adorant ,& id qvatuor faciunt vicibus. Adoratione completa vadunt omnes ſuo ordine ad altare, quod in aula poſitũ conſiſtit ſuper unam tabulam depictam rubeo colore, in qva ſcriptum eſt nomen magni Cham, arreptoqve thuribulo pulcherrimo, & redolentibus ſpeciebus illi impoſitis, ad honorem magni Cham cum multa reverentia tabulam ipſam & altare ſuffumigant, & ad ſua redeunt loca. Thurificatione iſta nefaria completa, qvilibet in conſpectu Imperatoris offert munera illa, de quibus ſupra diximus. His omnibus rite peractis, parantur menſæ, & fit ſolenniſſimum prandium, edentes & bibentes cum lætitia magna. Quo finito, modulatores & joculatores accedunt, & ſuis concentibus atque geſtibus omnium mentes exhilarant. In hujuſmodi denique feſtis ducitur ad Regem leo unus domeſticus, qui ad pedes illius ut catulus manſuetus jacens dominum ſuum agnoſcit.

a ſolennitatem albam. b alba dona. c CV.M.

CAP. XVI.

De feris quæ magno Cham undequaq; mittuntur.

TRibus illis menſibus, qvibus, ut ſupra diximus, Imperator moratur in civitate Cambalu, ſcilicet Decembri, Januario & Februario, omnes venatores quos Imperator habet *a* in ſingulis provinciis provinciam Cathai circumjacentibus,] venationi intendunt, omneſqve beſtias grandiores, puta cervos, urſos, capreas, apros, damulas, & hujuſcemodi feras offerunt præfectis ſuis. Qvi ſi minori ſpatio qvàm in triginta diebus peragrari poteſt, diſtant à curia Imperatoris, mittunt hujusmodi captas beſtias *b* per qvadrigas & naves] ad Imperatorem, exenteratis tamen prius illis. Qvi verò pluribus qvàm triginta diætis ab ejus curia diſtant, ſolùm pelles mittunt, qvæ pro armis parandis ſunt neceſſariæ.

a Pro LX dietas undique juxta provinciam Cathay. b in caruca vel navi.

CAP.

Cap. XVII.

Quomodo magnus Cham cum feris manſuefactis feras ſylveſtres capit.

NUtrit domi magnus Cham varias beſtias, domeſticaſqve factas ſecum ad venationes ducit, & mira afficitur voluptate, qvoties videt domeſticam feram cum ſylveſtri pugnare. In primis autem habet cicuratos leopardos, qvi mirum in modum venationi inſerviunt, multaſqve capiunt beſtias. Habet & lynces non minus ad venandum induſtrios, & item leones maximos atqve pulcherrimos, majores illis qvi ſunt in Babylonia; in qvorum pilis radioli qvidam varii coloris apparent, ſcilicet albi, nigri, atqve rubei, & illi qvoqve docti ſunt artem venatoriam. Nam plurimum poſſunt venatoribus ad capiendum apros, urſos, cervos, capreas, onagros, atqve boves ſylveſtres. Duci autem ſolent duo leones in *a* vehiculo] quodam, dum venatum itur, ſeqvente *b* utrumqve eorum caniculo parvo. Habet quoque Imperator multas aqvilas cicuratas, qvæ adeò *c* efferatæ] ſunt, ut lepores, capreas, damulas & vulpes capiant. Inter qvas aliqvæ tam præfractæ ſunt audaciæ, ut non vereantur cum magno impetu in lupos inſilire, eoſqve in tantum divexare, ut ab hominibus ſine labore & periculo capi poſſint.

a caruca. b quemlibet. c feroces.

Cap. XVIII.

De ſpectaculo quod magnus Cham in venatione facere ſolet.

HAbet magnus Cham in curia ſua duos barones, *a* qvi regiæ præfecti ſunt venationi, quorum uterqve decem præeſt millibus hominum, qvi ea curant, qvæ ad venationem

ſunt neceſſaria. Nam nutriunt canes magnos, *b* & ad venationem aſſvefaciunt. *c* Et qvando magnus Cham cupit ſe venatione oblectari, & ſingulare oſtentare ſpectaculum, duo memorati barones ducunt ſecum illa viginti millia hominum, atqve canum magnam turbam, qui communiter *d* circiter] qvinque millia ſunt, & cum Rege in campum proficiſcentes, ubi feras venari volunt, hoc pacto rem ipſam aggrediuntur. Rex cum nobilibus ſuis in medio planiciei locum tenet, & duo venatorii præfecti, cum populis ſuis ſtant ad dextram & ſiniſtram Regis: unius populus induitur veſtibus rubeis, & alterius veſtibus *e* aërei ſeu cœleſtis coloris. Stant autem ſinguli in una acie ſeu linea, unus ſcilicet alterius aſſiſtens lateri, & tantam campi occupant longitudinem, ut vix itinere unius diei perveniri poſſit ab una extremitate ad aliam. Habent autem canes memoratos ſecum. Et poſtqvam ſic in unum ordinem digeſti ſunt, laxant canes ſuos in venatione, & ipſi procedentes in illo ordine, maximum capiunt ferarum numerum. nam & terra illa animalibus ſylveſtribus plena eſt, nec ullum facilè ipſorum effugere poterit laqueos & canes.

a add. MS. *qui ſunt Germani, quorum unus dicitur Baym, alter Nungam.* *b* *quos maſtines dicimus.* *c* *propter quod vocantur lingua Tartarea Canici, hoc eſt, canum magnorum præfecti.* *d* *ultra.* *e* *aurei coloris, quem vulgariter dicimus colorem cœleſtem.*

CAP. XIX.

De aucupio magni Cham.

MEnſe Martio ingrediente diſcedit Cham magnus à civitate Cambalu, proceditqve ad campeſtria qvæ verſus oceanum ſita ſunt, ducens ſecum magnum *a* aucupum numerum, circiter decem millia, qui habent falcones, *b* accipitres,] *c* grifalchos, & alia rapacium avium genera aucupio idonea, numero circiter quingentas aves.] Hi igitur aucupes

per

per regionem illam ſe diffundentes, *d* falcones & accipitres ſuos in capturam laxant avium, qvibus regio illa plena eſt: & aves quæ capiuntur, deferuntur pro majori parte ad Regem. Rex verò ſedet in ligneo habitaculo, quod geſtant qvatuor elephanti, leonum coopertum exuviis, & intus deauratum, habens ſecum pro ſua recreatione aliqvos duces, & XII *e* accipitres] electos. Porrò juxta elephantes qvi *f* regium portant habitaculum,] obequitant multi nobiles & milites, regis latera ſtipantes. Qvi cum viderint *g* faſianos aut grues, aut alias aves in aëre volitantes, indicant id aucupibus qvi juxta Regem ſunt. Et hi idipſum Regi ſignificantes, diſcooperiunt habitaculum regium, laxantqve falcones vel accipitres, & Rex in lecto ſedens avium intuetur ludum. Migrant qvoq; cum Rege & alia decem millia hominum, qui in illo aucupio bini & bini per campos diſcurrunt, & advertunt, qvò emiſſi volitent falcones atqve accipitres, &, ſi opus fuerit, illis ſubſidium ferant. Et hi lingva Tartarica vocantur *h* Toſcaor, id eſt, cuſtodes, certum ſcientes edere ſibilum, qvo emiſſas vocant aves.] Nec opus eſt, ut auceps qvi emittit avem, ſequatur illam, qvum hi, de quibus jam diximus, intenti ſint avibus capiendis, & ſoliciti ſint, ne aliqvo modo lædantur, aut perdantur. Qvi enim avi periclitanti viciniores ſunt, hi tenentur illi ſubvenire. Qvælibet autem emiſſaria avis tabellam parvam argenteam ſigno domini aut aucupis ſui conſignatam in pede geſtat, ut, ſi amiſſa fuerit, domino ſuo reſtitui poſſit. Qvod ſi ſignum non cognoſci poſſit, traditur avis baroni cuidam, qui ob hoc ipſum vocatur *i* Bulatguci, id eſt, cuſtos *k* avium] perditarum. Nam conſervat omnes aves ſibi oblatas, donec à Dominis ſuis fuerint repetitæ. Idem fit de equis & aliis rebus in venatione amiſſis. Et qui rem quampiam in venatione repertam huic præfecto non illico tradit, ſed aliquandiu ea utitur, hic pro fure cenſetur. Unde si perditarum rerum præfectus in venationibus locum tenet eminentiorem vexillo ſuo ſignatum, ut in tanta populi ſre-

li frequentia cognoſci poſſit, & amiſſa facile illi vel offerri vel ab eo repeti poſſint.

a falconeriorum. b & ſagros innumeros. c Auſteres verò multos ac grifalcos habent circiter quingentos. d grifalcos & auſteres & falcones. e grifalcos. f caveam deferant pannis ſericis & aureis coopertam. g faxiones. h Roſcanorum, id eſt, cuſtodes avium. Habet verò quilibet eorum pro avibus reclamorium & capellm, ut aves vocare & tendere valeant. i Bugtamy. k rerum.

CAP. XX.

De magnificis tentoriis magni Cham.

INterim autem cum ſic ludendo cum avibus aucupio intenditur, pervenitur ad *a* planiciem] quandam *b* Caciamordim, ubi ſunt Regis & omnium aulicorum præparata tentoria, numero circiter decem millia. Hæc autem tali ordine ſunt diſpoſita. Primùm eſt ingens tentorium, ſub quo commodè manere poſſunt *c* mille homines, ingreſſum habens ad meridiem, & ſub hoc morantur barones, nobiles, & milites. Juxta hoc ad occidentem aliud eſt erectum tentorium, in quo Regis eſt aula & conſiſtorium: quod intrat, quando cum aliquibus vult loqui. Et huic in altera parte adjunctum eſt cubile, in quo Rex dormire ſolet, & his manſionibus rurſum aliæ aulæ & cameræ adhærent. Regiæ verò aulæ, hoc eſt, cubile Regis, conſiſtorium, & habitaculum militum, ſic diſpoſita ſunt. Suſtentantur ſingulæ tribus columnis de lignis aromaticis, cum variis & elegantibus ſculpturis fabricatis, & cooperiuntur exuviis leonum *d* nigri & rubei coloris. Nam diſcolores leones in partibus illis inveniuntur. Nec poſſunt tentoria illa à ventis vel pluviis injuriam ullam recipere, quum coria illa quibus teguntur ſolidiora ſint, quàm quæ facilè lædi poſſint. Intus verò parietes tentoriorum pellibus nobiliſſimis *e* armelinorum & Zebellinorum ſunt operti, etiamſi in regio-

regionibus illis hæ pelles pretioſiſſimæ habeantur, ut quandoq; vix pro duobus millibus *f* Byſantiorum aureorum pelles pro una tunica ſufficiant. *g* Porrò funes quibus hæc tria ſuſtentantur tentoria, de ſerico ſunt. Sunt præterea & alia erecta tentoria juxta illa tria, in quibus uxores, filii, & ancillæ Regis morantur. Deinde habent etiam *h* falcones, accipitres, bubones, grifalchi] & reliquæ aves, quæ aucupio inſerviunt, ſua tentoria, in quibus continentur. Tanta enim eſt tentoriorum multitudo, ut à longè adventantibus appareat illic inſignem conditam urbem. Confluit etiam undique maxima multitudo hominum otioſorum, ad ſpectaculum illud contuendum, præter eos qui in Regis miniſterio ſunt, qui ſuo loco in tentoriis non ſecus habent, qvàm in civitate Cambalu, ut ſunt Regis medici, aſtrologi, *i* & cæteri vates,] Manet verò Rex in planicie illa per totum Martium, & capit innumera animalia, & infinitas aves. Nemini alioqvin licet venationi intendere *k* in omnibus regni illius provinciis, ſaltem qvæ in viginti diebus & citrà pedeſtri itinere attingi poſſunt] nec ulli permittitur canis aut volucris venaticus: & præſertim à principio Martii uſqve ad menſem Octobrem nemini permittitur, quocunqve etiam utatur ingenio, capere cervos, damulas, capreas. lepores, & hujuſmodi ſylveſtres feras. *l* Hinc igitur eſt quod terra illa talibus abundat animalibus, & plerumqve adeò familiaria fiunt hominibus, ut tranſeuntia prope eos minimè horreant aut paveant aſpectum illorum. Aucupio expleto, Rex domum redit, *m* & per tres dies celebratis conviviis, omnes quos ad hoc vocavit ſpectaculum, ad propria reverti concedit.

a provinciam. Vid. paulò infrà. *b Caciamordyn. c circiter mille. d varii coloris, ſcil. albi, nigri, & rubei. e beremelinorum & cambellinorum. f Biſancium auri. g ſi de pelle perfecta eſt: ſi autem de communi, aſcendit ad valorem M Biſancium argenti. Animalia autem de quibus hujusmodi pelles habentur, dicuntur* Rondes *& ſunt miræ magnitudinis &c. h grifalci, auſteres, falcones. i falconerii, ceterique officiales. k in omnibus provinciis circa provinciam Cathay ad XX dietas. l ſiquis autem contrarium præſumeret, perimeretur. m in civitatem Cambalu.*

Cap.

CAP. XXI.

De moneta & opulentia magni Cham.

MOneta magni Cham *a* non fit de auro vel argento, aut alio metallo, ſed] *b* corticem accipiunt medium ab arbore mori, & hunc conſolidant] atque in particulas varias & rotundas, magnas & parvas, ſcindunt, atque regale imprimunt ſignum. *c* Minimi denarii valent pretium parvi Turonenſis: & majuſculi dimidium groſſum Venetum: qui verò majores ſunt, habent valorem duorum Venetorum, aut quinque aut decem. Sunt qui Byſantium aureum valent, aut duos aut quinqve Byſantios.] De hac itaque materia facit Imperator in civitate Cambalu cudi immenſam vim pecuniæ, quæ pro toto ſufficit imperio: nulliqve ſub pœna mortis in omnibus regnis & terris ſuis licet aliam cudere, vel etiam expendere monetam, aut illam recuſare. Nec aliquis ex alio veniens regno, qvod magno Cham non eſt ſubjectum, audet aliam expendere pecuniam in imperio magni Cham. Unde fit, ut non rarò negotiatores ex longinquis terris & regionibus ad civitatem Cambalu venientes, ſecum portent aurum, argentum, margaritas & gemmas, ut pro illis accipiant monetam regiam. Et quoniam hæc in terris ſuis non recipitur, commutant rurſus eam in imperio magni Cham pro mercimoniis, quæ ſecum abducant. Mandat quoqve nonnunqvam Imperator his qui in Cambalu morantur, ut, qui aurum vel argentum, aut lapides pretioſos habent, ea quantocius officialibus ſuis tradant, & conſuetam ab illis monetam juxta illorum valorem recipiant. Hoc itaque modo fit ut mercatores & cives indemnes ſerventur, & nihilominus Rex omne aurum & argentum corradens maximum congreget theſaurum. De memorata factitia moneta ſolvit etiam officialibus & exercitibus ſuis ſtipendia, & qvacunqve tandem re in curia ſua opus habet,

bet, hac emit pecunia. Unde qvum tantam vim pecuniæ ex re nihili conflet, & tamen per eam aurum & argentum plurimum conſeqvatur, ea qvæ curiæ neceſſaria ſunt emat, miniſtris ſuis ſtipendia ſolvat, cuilibet facilè conſtabit, nullum in mundo reperiri Regem, qvi divitiis illum ſuperet.

a def. MS. *b hoc modo fit. De quatuor corticibus arboris accipiunt cortices medianos, qui conficiuntur & ſolidantur ut folia de papyro. c Valet autem parvus denarius valorem aut pretium parvuli Turonenſis: alius verò aſcendit ad valorem unius Biſancii: alius ad valorem duorum Biſanciorum, aut 3, aut 5, aut 10.*

Cap. XXII.

De duodecim Præfectis provinciarum, & eorum officio.

HAbet magnus Cham duodecim barones aulicos, qvi triginta quatuor præfecti ſunt provinciis, & horum officium eſt, ut ſingulis provinciis duos præficiant rectores, atqve regiis exercitibus in locis, ubi morantur, de his qvibus opus habent, provideant; & qvicqvid ordinant, regi indicant: qvi ſua autoritate id confirmat qvod illi ſtatuendum duxerint. a Hi multa beneficia & privilegia paſſim concedunt, & propterea plurimum à populo obſervantur, & ambitur favor eorum. Habitant in qvodam palatio magno in civitate Cambalu pro eorum officio deputato, in qvo varias habent aulas & cameras pro ſe & miniſtris ſuis. Habent etiam aſſeſſores & notarios, qvi à conſiliis ſunt, qviqve ea quæ agunt, diligenter annotant.

a Vocantur enim Fieng i. e. officiales majoris curiæ Kaam.

Cap. XXIII.

De Curſoribus & nunciis magni Cham, atq; multiplici manſione eorum.

EXtra civitatem Cambalu multæ patent publicæ viæ ad viciniores ducentes provincias, & ſingulis caſtra ſeu diverſoria ſunt extructa cum pulcherrimis palatiis, viginti qvinque diſtantia milliaribus ab urbe Cambalu, ubi divertunt emiſſarii & nuntii regis. Vocantur autem manſiones illæ *a* Janli, id eſt, manſiones eqvorum. nam expectant ibi trecenti, aut qvadringenti, eqvi regis nuntios. Qvi hinc ſolventes poſt viginti quinque milliaria alia inveniunt diverſoria, prioribus haud diſſimilia: & ea hoc ordine & diſtantia continuantur uſque ad extremos regni limites; ita ut per univerſum imperium in publicis viis *b* circiter decem millia inveniantur regia hoſpitia. Eqvorum verò numerus, qvi in illis diverſoriis nuntiorum officiis ſunt deputati, eſt circiter ducenta millia.] In locis qvoqve deſertis & ſylveſtribus, ubi alioquin nulla eſt humana habitatio, hujusmodi regia diverſoria inveniuntur, *c* triginta] aut quadraginta milliariis à ſe invicem diſtantia. Miniſtratur autem pabulum equis, & victus cuſtodibus eorum, ab his civitatibus & incolis qui diverſoriis viciniores ſunt, aut intra quorum terminos illa conſiſtunt hoſpitia. Diverſoria autem quæ in deſertis poſita ſunt, recipiunt neceſſaria à Regis curia. Igitur, quando Rex nova ex remotis partibus citò audire cupit, deſtinat equites dicto ſuo quantocius parentes, qui uno die ducenta aut trecenta conficiunt milliaria, & paucis diebus immenſum terræ peragrant ſpatium: quod in hunc modum fit. Emittuntur duo cum equis, qui concitatiſſimo curſu ſine ulla mora ad proximum declinant diverſorium: ubi demiſſis feſſis equis duos alios aſcendunt, & ad ſequens citiſſimè ſe transferunt diverſorium: ſicque fit ut continuè curſum ſuum eundo & redeundo continuent, & mandata Regis ad remotiſſima loca pauculis diebus perferant, & rurſum ex remotisſimis partibus nova ad Regem portent. Sunt etiam inter jam dicta diverſoria alia habitacula ſpatio trium aut quatuor

millia-

milliarium ab invicem diſtantia, ubi paucæ ſunt domus, in qvibus habitant curſores pedeſtres, habentes ſinguli cinctoria plena ſonoris [d] tintinnabulis. Hi ſemper præparati ſunt, ut qvoties literæ regiæ ad eos deſtinantur, citisſimè illas ad proximum perferant habitaculum. Et priuſquam ad illud veniant, à longè audientes curſoris venientis ſonitum, præparati illum expectant, & ſuſceptis literis è veſtigio illas ad ſequentem deferunt cuſtodiam: ſicque literæ per varias tranſeuntes manus ſine ulla impediente mora ad locum illum deferuntur, quò pervenire debent. Et ſæpe fit ut Rex in triduo nova perdiſcat, aut novos fructus recipiat à loco qui decem dierum itinere à ſua habitatione diſtat. Omnes autem memorati curſores liberi ſunt ab omni tributi exactione, & [e] præterea à Regis quæſtoribus bonam laboris ſui accipiunt mercedem.]

a Janib. b ultra XM. c XXXV. d bullis, quas ſimaglos dicimus. e mulieres à regis curia ſui laboris optimam mercedem recipiunt.

Cap. XXIV.

De providentia Imperatoris tempore a *cariſtia.* b

SOlet Magnus Cham ſingulis annis nuntios ſuos mittere ad diverſas provincias imperio ſuo ſubjectas, ad inquirendum num damnum aliquod à locuſtis aut aliis vermibus frumento ſit illatum, aut alia peſtis ſterilitatem in provinciam aliquam invexerit. Et qvum ſibi innotuerit provinciam aliquam aut civitatem detrimentum paſſam, remittit illi populo tributa pro illo anno, mittitque de horreis ſuis blada pro victu & ſemente. Nam tempore magnæ ubertatis emit rex copioſam vim frumenti, & per annos tres vel qvatuor in thecis conſervat, ut qvum in una regione frumenti penuria prævaluerit, defectus ille ex regiis horreis ſarciri poſſit. Vendit autem bladum ſuum minimo pretio ut pro uno modio in quadruplo plus pecuniæ exponendum

 eſſet

eſſet, ſi ab alio quopiam emeretur. Similiter qvando peſtis aliqua animalia invaſerit, remittit anno illo conſvetum tributum, venditis illis aliis pecoribus & armentis. Præterea ne viatores & curſores in provinciis Cathai errarent, proſpexit illis prudens Imperator hoc conſilio: Plantari fecit plurimas arbores, una ab alia modico diſtante intervallo, eaſqve juxta vias ſic conſtituit, ut iter agentibus ceu digito oſtendant veram ſemitæ lineam. *c* Qvantum vero numerum pauperum hominum per totum annum nutriat, & de horreis ſuis frumentum & panes illis elargiatur, incredibile putabis ſi narrare perrexero: id tamen pro vero aſſerere poſſum, eum qvotidie per totum annum circiter triginta millia pauperum pane paſcere: nec ulli ſinit frumentum negari panis. Quapropter à pauperibus qvaſi Deus reputatur.

a Sterilitatis & cariſtia. b & de pietate ejus ad ſubditos & egenos. c Facit & opus aliud laude non modica dignum. Notari ſcil. fecit numerum familiarum & nomina in civitate Cambalu, quæ blada non colligunt, nec emere ſibi poſſunt, quæ multa ſunt valde, quibus omnibus per totum annum neceſſaria blada de ſuis horreis annis ſingulis dari facit.

CAP. XXV.

Qualis potus vini loco in provincia a Cathai fiat.

CONficiunt in provincia Cathai potum optimum ex riſo & variis aromatibus, qui *b* ſuo ſapore etiam vini excellit ſvavitatem. Et qui eo avidius potiuntur, quam ratio æqvum eſſe judicet, aut bibentis natura egeat, citius inebriantur quam ſi vinum bibiſſent.]

a Cathay. b clarus eſt valde, & vini ſuavitatem excedit: facitque bibentes facilius inebriari quam vinum.

CAP. XXVI.

De lapidibus qui ut ligna ardent.

Per

PEr totam provinciam Cathai ex montibus eruuntur lapides qvidam nigri, qui in ignem miſſi ut ligna ardent, & accenſi aliqvandiu ignem conſervant; ut, ſi veſperi accendantur, per totam noctem vivum ignem retineant. utuntur autem multi iis lapidibus, quod lignorum in qvibuſdam locis ſit penuria.

Cap. XXVII.

De fluvio a *Puliſachniz, & egregio ponte ejus.*

INdicavimus hactenus in hoc ſecundo libro ſitum, magnitudinem, & negotiationem civitatis Cambalu; *b* itemqve obiter ſcripſimus de magnificentia pompa & opulentia magni Cham: nunc rerum ordo expoſcit, ut finitimas quoqve regiones luſtremus, & qvid in illis vel fiat, vel inveniatur, brevi ſermone aperiamus. Igitur qvum magnus Cham me Marcum ad remotas partes pro qvodam regni ſuo negotio deſtinaſſet, qvod qvatuor menſium ſpatio me in itinere retinuit, omnia diligentius conſideravi, qvæ vel eundo vel redeundo obtutibus meis occurrerunt. nam qvum à civitate Cambalu itinere decem milliarium receſſiſſem, inveni fluvium qvendam magnum *c* Puliſachniz nomine in Oceanũ ſeſe exonerantem, per quem naves multæ cum plurimis mercibus aſcendunt. Eſt autem in eo loco pons marmoreus pulcherrimus, trecentos in longitudine continens paſſus, & in latitudine octo: *d* arcubus verò ſeu fornicibus viginti quatuor *e* innitens, *f* ſculptis leonibus utrumque ejus priorem marginem adorantibus.]

a Puliſangnis. b & provincia Cathay. c Puliſangium. d per quam milites decem collaterales inſimul ire poſſunt per latitudinem ipſius. e & in aqua totidem pilis marmoreis. f Cortina verò pontis ſeu murus in latere talis eſt. In pontis capite ex latere eſt columna una marmorea habens pro baſe leonem unum marmoreum & pro capitello alium leonem marmoreum ultra

quam columnam ad ſpatium paſſus unius habens. Eſt autem columna ſiniſtra duos ſimiliter leones habens ut prima. Inter columnas verò duas cortina marmorea eſt coloris griſei, & ſic procedunt ex duobus lateribus pontis à principio ipſius uſque ad finem, ita ut per hunc modum ſint leones marmorei M.CC. propter quod pons iſte ſumptuoſus eſt ſupra modum.

CAP. XXVIII.

a *De locis ultra fluvium Puliſachniz ſitis.*

TRanſito fluvio & ponte, procedendo per milliaria triginta, continuo occurrunt caſtra, aliæqve elegantes domus: item vineæ electæ, & agri fertiles. Sed finito itinere triginta milliarium pervenitur ad civitatem *b* Geogui, quæ quidem magna eſt & pulchra, plurima habens monaſteria idolorum. Fiunt ibi panni optimi, aurei & ſerici, itemqve ſindones mundisſimæ. Habentur & multa communia hoſpitia pro advenis & viatoribus in illa civitate. Cives autem ſunt artifices & negotiatores. *c* Extra hanc civitatem] pervenitur ad bivium quoddam, cujus una via ducit per provinciam Cathai, altera vero verſus regionem Mangi ad mare. *d* Ea quæ tranſit per provinciam Cathai, habet] civitates, caſtra, viridaria & optimos agros, in qvibus multi quoque ſunt negotiatores & ingenioſi artifices, & homines illi multum ſunt affabiles & omnibus familiares.

a Brevis deſcriptio unius partis provinciæ Cathay. b Cyongium. c ultra hanc civitatem ad milliare unum. d Per provinciam autem Cathay itur ad plagam illam per diatas decem, continuéque reperiuntur.

CAP. XXIX.

De regno a *Tainfu.*

Itinere

ITinere dierum decem à civitate *b* Geogui confecto, pervenitur ad regnum Tainſu, quod quidem magnum eſt atque cultisſimum. nam ſunt in eo vineæ multæ. In provincia vero Cathai nullum creſcit vinum; ſed ab hac regione illuc defertur. *c* Exercentur in hoc regno mercationes multæ, abundatque artificibus, & omnia arma, quibus utitur Cham pro exercitibus ſuis, fabricantur in eo. Hinc vero progrediendo *d* ad occidentalem plagam, venitur ad regionem amœniſſimam, caſtris multis & civitatibus cultam, in qua etiam mercimonia fiunt magna. Emenſo hinc itinere ſeptem dierũ pervenitur ad civitatem qvandam prægrandem *e* Pianſu nomine, in qua ſerici maxima eſt copia.

a Tamſu. b Cyongium. c ubi ſunt mora multa propter ſericum, de quo copia ibi eſt maxima. d per diatas ſeptem. e Pyamſu.

Cap. XXX.

De caſtro Chincui, & rege ejus ab hoſte capto.

AB urbe Pianſu duæ ſunt diætæ ad caſtrum quoddam elegantisſimum, Chincui nomine, quod quidam Darius nomine extruxit, hoſtis magni illius regis, quem presbyterum Joannem vocant. Eſt caſtrum illud adeò arte & natura munitum, ut præſes ejus Darius neminem metueret etiam potentisſimum regem: de quo plurimum circumjacentium provinciarum præſides dolebant, ut hominem illum nemo unqvam ſuperare potuerit. Porrò habuit presbyter Joannes in aula ſua ſeptem juvenes præfracti animi, qui jurejurando promiſerunt illi, ſe Darium regem tradituros in manus illius. Qui vicisſim illis multa bona pollicetur, ſi effectu id compleverint. Illi igitur abeuntes ad curiam Darii veniunt, obſequiiſque illius ſe offerunt, diſſimulata mentis malitia. Qui eorum minimè timens aut obſer-

ſervans calliditatem & verſutum animum, ut fideles miniſtros ſuo mancipavit obſequio. Factum autem eſt, ut illi per totum biennium id efficere nequiverint, quod jamdiu animo conceperant. Rex verò illis per omnia, ut jam biennio probatis miniſtris, confidens, animi recreandi gratia cum illis & aliis paucis militibus quodam tempore extra caſtrum per milliare unum equitavit. Tunc proditores illi horam adeſſe putantes, qua excogitatam malitiam publicarent, evaginatis ſuper eum gladiis captum duxerunt ad Presbyterum Joannem, ſponſioni ſuæ ſatisfacturi. Qui mirum in modum lætus effectus, deputavit eum ad cuſtodiam animalium, optimeque cuſtodiri juſſit. Et elapſo biennio, quo cum paſtoribus rex captus vixerat, juſſit eum Presbyter Joannes coram ſe regio apparatu decoratum adduci, & alloquens dixit: Experimento nimirum nunc didiciſti, quàm nihili fuerit potentia tua, quando te in tuo regno capi feci, & per duos annos cum pecoribus deputavi. Poſſem jam te, ſi vellem, occidere: nullus mortalium te eripere poſſet è manibus meis. Cui ille reſpondens ait: Verum ais, eſt ita. Tum rex Joannes: Quia te adeo humiliaſti, ut te nihil eſſe duxeris reſpectu mei, en volo te deinceps agnoſcere pro amico: & pro victoria abunde ſatis mihi eſt, quòd potuiſſem, ſi voluiſſem te occidere: traditiſque illi equis, & deputatis miniſtris, cum honore fecit eum reduci ad caſtrum ſuum. Et ille, quoad vixit, Presbytero Joanni honorem exhibuit, & juſſis quibuſque obedivit.

a Caycui. Sic & infrà. *b Pianfu.*

CAP. XXXI.

De fluvio quodam magno Caromoran nomine & adjacente regione.

TRanſito itinere ultra caſtrum *a* Chincui viginti milliarium, pervenitur ad flumen Caromoram, quod ob nimiam latitudinem & profunditatem nullum habet pontem: fluit vero ad

ro ad oceanum. Sunt in littore ejus multæ exſtructæ civitates & caſtra, in qvibus multæ exercentur nundinationes. Abundat hæc regio zinzibere, ſerico, & avibus, præſertim phaſianis. *b* Trajecto fluvio poſt duorum dierum iter pervenitur ad nobilem civitatem *c* Cianfu nomine, ubi de auro & ſerico pulcherrimi fiunt panni. Omnes incolæ hujus civitatis & *d* fere] totius provinciæ Cathai idololatræ ſunt.

a Caycin. b Ibi dantur VI ſaxiani pro nummo uno argenteo, qui ad Veneti valorem aſcendit. c Caſiamfu. d def. MS.

Cap. XXXII.

De civitate a Quenquinaſu.

Ultra verò procedendo per iter dierum octo inveniuntur paſſim civitates & oppida multa, agri pulcherrimi & viridaria. Abundat terra ſerico & venationibus beſtiarum atqve avium. *b* Quod ſi ulterius aliis octo diætis progrediaris, pervenies ad civitatem grandem *c* Quenquinafu nomine, *d* qvæ eſt regni Quenqvinafu metropolis.] Et regnũ iſtud fuit olim opulentum & magni nominis. Hodie præeſt illi filius magni Cham Mangala nomine. Producit ea regio magnam copiam ſerici, & omnia ea qvæ ad hominis vitam conſervandam ſunt neceſſaria. Exercentur etiam in ea plurimæ nundinationes. Incolæ idola colunt. Extra civitatem eſt regale palatium in planitie ſitum, in qvo Mangala cum aulicis ſuis verſatur. *e* Eſt quoque in medio civitatis palatium qvoddam elegantisſimum, ab intra parietes habens deauratos. Vacat rex cum aulicis ſuis venationi animalium, & capturæ avium, quibus illa regio abundat.

a Gyanfu. Sic & infrà. *b & propter ſericum infinitis moris. Homines autem idololatræ ſunt. c Gyanfu. d quod regnum olim fuit opulentum & nobile. e habens muros latos in giro, quorum circuitus protenditur ad milliaria V. Intra murum illum flumina, lacus & fontes ſunt.*

CAP. XXXIII.

De provincia [a] *Chunchi.*

RƐcedendo à dicta urbe & palatio itinere trium dierum itur per planitiem qvandam pulchram, in qua civitates plures ſunt & caſtra, & ubi abundantia eſt ſerici, uſque dum veniatur ad regionem montuoſam, ubi nedum in montibus, verùm & in montium convallibus, inveniuntur civitates & caſtra, & ſunt de provincia [b] Cunchi. Incolæ ſunt idololatræ & terræ cultores. Sunt etiam in ea regione venationes leonum, urſorum, cervorum, capreolorum, damularum, & id genus animalium. Patet regio illa itinere viginti dierum, habens montes & valles, atque nemora multa: ſed ubique pro viatoribus convenientia inveniuntur diverſoria.

a Chimchym. b Chimchim.

CAP. XXXIV.

De provincia [a] *Achalechmangi.*

JAm dictæ provinciæ contigua eſt provincia alia nomine Achalechmangi quæ eſt ad occidentalē plagam: & ſunt in ea multæ civitates & caſtra. Sed principalior regionis civitas vocatur Achalechmangi, & eſt confinis provinciæ Mangi. Hæc provincia itinere trium dierum planitiem habet: deinde ſeqvuntur montes & valles atque nemora; patetq; itinere viginti dierum, habens civitates multas & oppida. In cæteris rebus non differt à priori provincia. Nam habet negotiatores, artifices, & cultores terræ: itemque venatores multorum ſylveſtrium animalium. [b] Habet quoqve animantia quæ muſchum producunt. Creſcit in hac provincia zinziber in magna copia, [c] ſicut & triticum atqve riſum.

a Achilechimangi. b Incolæ regionis idololatræ ſunt. Ibi ſunt leones, urſi, cervi, damulæ, capreoli, lynces, & beſtiolæ illæ de quibus muſcum habetur, ut ſuperiùs dictum eſt. c quod per provinciam deſertur Cathay.

Cap. XXXV.
De provincia a *Sindinſu.*

PRiori provinciæ contermina eſt alia provincia Sindinſu nomine, quæ etiam contingit provinciam Mangi. Hujus principalior civitas eſt Sindinſu, quæ olim fuit magna & locuplepletisſima, habens in circuitu viginti milliaria. Habuit etiam regem ditisſimum & potentem: qui qvum tres reliquiſſet filios regni ſucceſſores, trifariam diviſerunt civitatem, partes ſingulas propriis cingentes muris, quæ tamen omnes intra priorem continebantur murum. Magnus verò Cham civitatem illam & regnum ſuæ ſubjecit ditioni. Per medium hujus civitatis tranſit fluvius, qui dicitur *b* Quianſu, habens in latitudine dimidium milliare, & eſt profundus valde atque piſcoſus. Poſitæ ſunt in ripis ejus multæ civitates & caſtra. *c* Oſtia ejus diſtant ab hac urbe nonaginta dierum itinere.] Naves & merces per ipſum aſcendunt in maxima multitudine & copia. Tranſit etiam pons lapideus per ipſum in civitate Sindinſu, habens longitudinem *d* unius] milliaris, & latitudinem octo paſſuum. Et ſupra ipſum conſtruuntur mane variæ domunculæ, quæ artificum ſunt officinæ, & ſerò iterum deponuntur. Eſt & alia ſuper eum conſtructa domus, in qva manent regis miniſtri, qui à tranſeuntibus pedagia & vectigalia exigunt. *e* Ulterius verò procedendo per iter quinque dierum tranſitur per planiciem quandam, in qva ſunt civitates, caſtra & villæ multæ, in qvibus ſunt ſindones in magna copia. Reperiuntur etiam ibi animalia ſylveſtria multa.

a Syndiſa. b Quianſu. c Nam uſque ad Oceanum protenditur per LXX dietas. d dimidii. e quæ aſcendunt diebus ſingulis, ut fertur, ad valorem mille Biſanc. aureorum. Hujus regionis homines idololatræ ſunt.

Cap. XXXVI.
De provincia a *Tebeth.*

POſt planitiē de qua jam diximus *b* venitur ad provinciam Tebeth, qvam *c* magnus Cham] expugnavit atque devaſtavit, nam multæ in ea ſunt civitates deſtructæ & caſtra diruta. Patet autem in longum itinere viginti dierum. Et quoniam omnino in ſolitudinem eſt redacta habitatoribus carens, neceſſe eſt ut viatores victualia ſecum ferant, quæ illis ſufficiant per iter viginti dierum. Et poſtquam hominum habitatione cœpit deſtitui, feræ ſylveſtres totam eam occupantes periculoſum iter transeuntibus fecerunt, præſertim noctu. Verùm contra hoc periculum mercatores & alii viatores tale excogitaverunt *d* commentum.] Naſcuntur in regione illa maximæ arundines, quæ habent in longitudine paſſus qvindecim: craſſitudo verò in gyro tribus menſuratis palmis. Porrò inter duos viciniores nodos diſtantia eſt trium palmorum. Itaqve qvando viatores noctu volunt qvieſcere, accipiunt faſces magnos de illis arundinibus & in unam ponunt congeriem, ſubjectoq; igne ſuccendunt. Qvæ igne correptæ incipiunt crepitare, tantuſqve in eis excitatur ſtridor & fragor, ut eminus ad aliquot milliaria audiri poſſit. Qvem terribilem ſonitum animalia audientes, obſtupeſcentes fugiunt tamdiu, donec crepitus ab eorum auribus evaneſcat: illiſqve ſic illuſis mercatores & viatores tuti pertranſeunt provinciam illam. Porrò eqvi & alia jumenta, qvibus mercatores pro itinere utuntur, hoc audito ſtrepitu plurimum inhorreſcunt, & multa in fugam converſa dominis ſuis elapſa ſunt: ſed prudentiores viatores pedes eorum compedibus ligantes vi qvadam ea ſecum retinent, ne territu aufugiant.

a *Thebeth.* b *confectis diatis quinque præfatis.* c *Mongath Kaam.* d *remedium.*

CAP. XXXVII.

De regione alia Tebeth, & turpi ejus conſuetudine.

Peracto

PEracto itinere viginti dierum, tranſitaqve provincia Tebeth, occurrunt civitates & villæ plurimæ, in qvibus idololatriæ occaſione peſſima inolevit conſuetudo. nam nullus vir ibi ducit uxorem virginem, ſed ſi qvam ducere inſtituit neceſſe eſt ut prius à multis viris ſit cognita. ajunt enim mulierem non eſſe conjugio aptam, niſi prius fuerit ſtuprata. Unde qvando viatores & advenæ aliunde venientes hanc tranſeunt regionem, & qvietis gratia tabernacula ſua ponunt, mulieres ejus loci habentes filias nubiles, ducunt illas ad peregrinos aliquando viginti, qvandoqve triginta aut *a* plures] juxta numerum mercatorum ſeu advenarum, rogantes eos ut qvilibet unam è virginibus ſibi aſſociet atqve concubitu ejus fruatur, quamdiu illic manſerint. Illi igitur matronarum precibus victi, deligunt ſibi ex puellis quas volunt & matrimonio aptiores reddunt. Et quum recedere volunt, nullam ſecum abducere permittuntur, ſed parentibus fideliter reſtituunt. Exigit etiam puella ab eo qui eam defloravit, jocale aliquod ſeu munuſculum, quod oſtendere poſſit ceu argumentum ſuæ deflorationis. Et qvæ à pluribus viris fuit amata atqve corrupta, & multa habuerit talia jocalia qvæ oſtendat procis, hæc nobilior habetur, faciliuſqve & honorificentius maritari poteſt. Et qvando honorificè vult incedere, ſuſpendit ad collum omnium amatorum inſignia: qvantoque pluribus fuit grata, tanto majori honore digna judicatur. Sed qvando cum maritis nuptias inierint, jam non permittuntur amplius extraneis viris copulati, ſed maritis ſuis fidem ſervare coguntur. Et plurimum cavent hujus regionis viri, ne in hac re alterutrum ſe offendant. Idololatræ ſunt atqve crudeles homines pro nullo reputantes peccato, ſi prædentur & latrocinia exerceant. Vivunt de venationibus atqve fructibus terræ. Inveniuntur etiam apud eos multa animantia qvæ muſchũ producunt, qvæ *b* Gadderi vocantur. Venantur incolæ hujuſmodi animalia canibus, abundantq; muſcho. Linguam habent propria atq; peculiarem mo-

netam. *c* & pellibus induuntur beſtiarũ, aut *d* cannabeo rudi.] Pertinet hæc regio ad provinciam Tebeth *e* nam eſt Tebeth latiſſima provincia, dividiturque in octo regna, habens civitates & oppida multa. Terra montuoſa eſt, ſuntque in ea loca quædam, atque quidam fluvii, in quibus aurum invenitur. *f* Utuntur quoque ibi corallio pro moneta. nam eſt is lapis apud eos in magno pretio, & omnes feminæ deferunt eum ad collum, appenduntque ipſum quaſi rem ſpecioſam ad colla idolorum. Sunt in hac regione canes maximi, aſinis æquales, qui ſylveſtres capiunt beſtias. Habent etiam *g* falcones, & alias aves venaticas.] Creſcunt apud eos in magna copia cinnamomum & aliæ ſpecies aromaticæ. *h* Subjecta eſt provincia ipſa magno Cham.

a XL. b Gudderi. c corio. d bucurano vel canabino rudi. e & eſt affinis magna provinciæ Mangi. f quod dicitur Deplaglola. g alios canes venaticos, diverſarum ſemper manerierum. Falcones lanerij, herodij multi & optimi ibi ſunt. h quæ non deferuntur ad nos, nec in noſtris partibus viſa ſunt. Ibi fiunt Cambelloti multi, & alii panni de auro & ſerico.

CAP. XXXVIII.

De provincia a *Caniclu.*

PRovinciæ Tebeth adjacet ab occidente provincia Caniclu, quæ regem habet, ſed qui tributarius eſt magno Cham. *b* Eſt ibi lacus in quo tanta eſt margaritarum copia, ut pretium earum omnino vileſceret, ſi pro hominum libitu aſportari permitterentur. Unde ſub capitis pœna cautum eſt, ne ullus in hoc lacu piſcari margaritas abſque magni Cham indultu præſumat. Sunt quoqve in hac provincia animantia, *c* Gadderi, qvi *d* muſchum ferunt in magna abundantia. Scatet etiam lacus ille qvi margaritas in tanta copia nutrit, piſcibus : & tota terra plena eſt ſylveſtribus beſtiis, puta leonibus, urſis, cervis, damulis, lyncibus, capreolis & diverſis avium ſpeciebus. Vinum non

creſcit in ea, ſed loco ejus potum optimum conficiunt ex tritico, riſo & aliis varijs ſpeciebus. Inveniuntur ibi caryophylli in magna copia, qvi colliguntur ab arboribus, qvæ habent ramuſculos parvos, atqve album florem, ex qvo natum pirum loco grandi habet caryophyllum. Creſcit deniqve ibi zinziber in magna copia, cinnamomum, & aliæ variæ aromaticæ ſpecies, qvæ ad regiones noſtras non deferuntur. Inveniuntur etiam in montibus hujus regionis lapides qvi *e* Turchiſi nominantur, pulchri valde, ſed qvi hinc abſque licentia magni Cham auferri non poſſunt. Incolæ hujus terræ idola colunt, à quibus adeo ſunt dementati, ut putent eorum promereri gratiam, ſi uxores ſuas & filias viatoribus abutendas proſtituant. Nam quum peregrinus quiſpiam ad eos hoſpitij gratia divertit, confeſtim paterfamilias uxorem, filias, & reliquas mulieres quæ in domo ejus ſunt convocat, mandatque ut hoſpiti & ſociis ejus per omnia obediant: & ipſe recedens peregrinum & comites ejus in domo ſua relinquit, nec redit donec illinc abierint. Et peregrinus interim quo illo fruitur hoſpitio, ſuſpendit *f* pallium ſuum aut aliud ſignum ante fores illius domus: & qvando paterfamilias redit atqve per ſignum illud animadvertit hoſpitem nondum diſceſſiſſe, non intrat domum ſuam, ſed iterum abit, foris expectaturus donec ille emigraverit. Et in hunc modum poteſt peregrinus duobus aut tribus diebus illo uti hoſpitio. Et obſervatur conſuetudo iſta per totam illã provinciam *g* Ganiclu, nec quiſqvã putat ſibi illud eſſe dedecori, ſi peregrino uxoris ſuæ aut filiæ copiam fecerit, quod in Deorum facit gloriam, ſperans illos ſibi magis propitios futuros. Moneta eorum ſunt virgulæ quædam aureæ, certum habentes pondus, & juxta pondus virgulæ eſt valor monetæ: & hæc quidem eſt moneta major. Habent etiam minorem, quam hoc modo faciunt. Coquunt ſal in caldario, & poſtea faciunt ex eo in formellis maſſulas parvas, quas conſolidatas pro moneta exponunt. *h* Relicta hac provincia proceditur itinere decem dierum,

rum, & interim occurrunt caſtra & pagi multi, quorum incolæ easdem habent conſuetudines, quas provincia Caniclu: *i* tandemque pervenitur ad flumen quod Brius vocatur, ad quod provincia Caniclu terminatur. Invenitur autem in hoc flumine aurum in magna copia, quod *k* Paglola dicitur: & in ripis ejus creſcit cinnamomum in maxima abundantia. *l*

a Cayndu. b Ibi ſunt civitates multæ & caſtra. c Gudderi. d muſcatum. e Charchiſi. f pilleum. g Cayndu. h LXXX verò de his denariis parvulis ſagium valent nummum aureum. i Ibi etiam ſunt venationes in exemplo beſtiarum & volucrum. k Depaglola. l Flumen verò ad mare Oceanum terminatur.

CAP. XXXIX.

De provincia Caraiam.

TRajecto flumine Brio pervenitur ad provinciam Caraïam, quæ ſeptem continet regna. Subjecta eſt autem magno regi Cham, *a* cujus filius *b* Eſentemur nomine, meo tempore regno illi præfuit. Incolæ ejus ſunt idololatræ. *c* Nutrit regio equos optimos. Habet etiam linguam propriam & difficilem. Metropolis ejus vocatur *d* Jaci, & eſt civitas magna & inſignis, in qua multæ fiunt nundinationes. Habitant ibi etiam pauci Chriſtiani Neſtoriani, & plurimi Mahumetani. Habent triticum & *e* riſum multum, licet triticeo non veſcantur pane, qvum hunc digerere ſine ſtomachi afflictione nequeant; ſed ex *f* riſo panem conficiunt. Faciunt quoque potum ex variis ſpeciebus, ſed qui eos facilius quam vinum inebriat. Utuntur pro moneta *g* lapillis quibusdam aureis & albis] qui in mari reperiuntur. *h* Fit in hac civitate ſal plurimum ex aqua puteorum, de quo rex magnum habet emolumentum. Sunt viri in hac regione adeò ſtupidi & ſtolidi, ut non curent ſi quiſpiam accedat ad uxores ſuas, modò illæ aſſenſum præbuerint

rint. Eſt etiam illic lacus valde piſcoſus, centum in gyro complectens milliaria. Edunt homines illi carnes crudas, ſed hoc modo paratas. Primo terunt illas minutatim, deinde condiunt eas *i* oleis odoriferis] atque *k* optimis] ſpeciebus, & ſic devorant.

a Cublay. b Onſentem[9]. *c Procedendo autem ultra fluvium per diætas V inveniuntur civitates multæ & caſtra. d Jacy. e rix. f rixo. g procellanis albis. h LXXX autem de ipſis dantur pro uno ſagio argenti, quod aſcendit ad valorem ſagii aurei. i alleis. k pluribus aliis.*

Cap. XL.

De regione quadam in provincia Caraiam ſita, in qua ſunt maximi ſerpentes.

Diſcedendo à civitate *a* jaci pervenitur ad regnum aliud, emenſo ſcilicet decem dierum itinere, *b* cujus metropolis dicitur Caraiam,] cui præſidet *c* Cogracam filius Cublai Imperatoris. *d* Et ab hac urbe tota illa regio denominationem habet.] Suppeditant ibi flumina plurimum auri, quod *e* Paglola nominatur. Invenitur quoque in *f* lacunis] & montibus aurum, ſed qvod *g* alterius eſt ſpeciei.] Incolæ ſunt idololatræ. Naſcuntur in hac regione ſerpentes maximi, qvorum qvidam in longitudine continent decem paſſus, & in complexu groſſitiei decem palmos. Aliqui ipſorum prioribus carent pedibus, qvorum loco ungulas habent in modum ungularum leonis aut falconis. Caput ipſorum eſt magnum, & oculi prægrandes, ut duorum panum adæqvent qvantitatem. Os & rictum habent tam amplum ut hominem deglutire valeant. Dentes qvoqve magni & acerrimi rictui illi tam horrendo non deſunt. Nec eſt homo aliqvis, aut aliud animal, qvod ſine terrore ſerpentes illos aſpicere, ne dicam adire, poſſit. Capiuntur verò in hunc modum: Solet is ſerpens interdiu latitare in cavernis ſubterraneis,

N aut

aut aliis ſpecubus in montibus vel petris repertis: noćte verò egreditur circumiens terram, & potiſſimum aliorum animalium luſtrat latibula, qværens cibum qvem devoret: nec formidat ullius beſtiæ genus. devorat enim beſtias magnas & parvas, leones & urſos: & ubi ventrē exſaturaverit, redit ad ſpeluncam ſuam. Et qvum terra illa admodum ſit ſabuloſa, mirum eſt qvantam foveam corporis ſui pondere in arenam imprimat: putares dolium aliqvod vino plenum per ſabulum volutatum. Venatores itaqve belluæ inſidiantes interdiu agunt palos in ſabulum fortes & acuto ferro in ſuperiore extremitate dentatos, & hos ſabulo tegunt, ne à ſerpente videri poſſint: multoſqve paſſim terræ infigunt, præſertim ubi in vicino norunt belluam latitare. Et qvando noćte ſolito more progreditur, ut eſcam ſibi qværat, & molem corporis ſui per cedentē arenam reptando & trahendo movet, fit aliqvando, ut pećtus in latentem ſudem ferro acuminatam violenter immergat & ſeipſum interficiat, aut gravi læſione ſauciet. Et tunc latentes venatores accurrentes belluam interficiunt, ſi adhuc vivit, & fel extrahunt, qvod magno vendunt pretio. nam eſt medicinale: unde qvi à rabido cane læſus fuerit, ſi vel modicum, qvantum eſt pondus unius denarii, *i* de illo biberit, ſtatim ſanatur. Et mulier in partu laborans ſi vel tantillum de hoc felle guſtaverit, acceleratur partus ejus. Sic qvi *k* hæmorrhoidam aut ficum anus] ſuſtinuerit, & locum illum ſecretum hoc perunxerit felle, poſt paucos dies à morbo liberatur. Carnes verò illius ſerpentis vendunt in cibum. Nam libenter veſcuntur ea homines. Abundant qvoqve in hac provincia eqvis optimis & qvi à negotiatoribus in Indiam mercatus gratia ducunrur. Incolæ verò ſolent illis eqvis auferre de oſſe caudæ nodos duos vel tres, ne eqvus currens ſeſſorem cauda feriat, & ne caudā nunc huc nunc illuc flećtere posſit. nā turpe hoc judicant. *l* Utuntur in bello ſcutis & armamentis de corio bubalorum fa-ćtis, & ſagittas atqve lanceas omnes intoxicant. Et priusqvam

magnus

magnus Cham Cublai hanc provinciam ſuæ ſubjeciſſet ditioni, prævaluerat apud eos iſta deteſtanda conſvetudo, ut qvum vir aliqvis exteræ nationis bonis adornatus moribus, prudens in verbis & factis, & omni honeſtate conſpicuus, apud eos hoſpitaretur, occidebant eum nocte, putantes qvòd mores, prudentia, honeſtas, gratia, imò anima viri illius in domo illa deinceps manerent. Et hæc perfidia ſeu diſcredulitas effecit, ut plures viatores illo loco occiſi fuerint: verùm magnus Cham ut regnum illud ſuo ſubjugavit dominio, eliminavit impietatem illam & ſummam illam ſtultitiam.

a Jacy. b per provinciam Caraiam. c Cogaam. d def. MS. *e depaglola. f aliis fluminibus. g --- aurum depaglola. h Datur de ipſo unum ſagium auri pro VI ſagiis de argento. Monetam verò de procellanis habent. i parvuli k apoſtema. l --- ut apud nos Gallici faciunt.*

Cap. XLI.

De provincia a *Arcladam.*

EUntibus nobis de provincia Caraiam, poſt quinqve diætas occurrit provincia Arcladam, qvæ etiam paret magno Cham. Metropolis ejus vocatur *b* Unchiam. Utuntur incolæ ejus pondere auri pro moneta. nam argentum in regione illa, & multis aliis circumjacentibus regionibus minime invenitur. Qui autem argentum aliunde important, hi commutant illud pro auro, & multum lucrantur. *c* Potu factitio utuntur, ex riſo & aromatibus confecto. Viri & mulieres regionis illius dentes cooperiunt ſubtilibus laminis aureis qvas ſic illis adaptant, ut dentes ipſi in laminis qvodammodo ſedere videantur. Viri omnes militarẽ edocti ſunt artem, qvippe qvi ſoli militiæ & venationi beſtiarum atq; volucrum intenti ſunt. Mulieres verò domus curam gerunt, habentes ſervos emptitios, qvi eorum mancipati ſunt obſeqviis. Eſt qvoque in hac provincia conſue-

tudo, ut qvum mulier pepererit, quam cito poterit lectum deſerit, ſurgensque gubernationi domus intendit: & tunc maritus ejus decumbit lecto qvadraginta diebus, nati infantis curam gerens. Mater verò aliud nihil circa infantem agit, niſi quod lac ei ſugendum præbet. Et amici atque conſangvinei interim decumbentē viſitant virũ illum qvā non ſecus hic puerperæ viſitantur. Ajunt enim mulierem, qvum uterũ geſtaret atq; evacuaret, longo tempore graviter afflictam, & nunc conveniens eſſe ut diebus qvadraginta ab infantis cura & labore qvieſcat: affert tamen viro cibum ad lectum. In hac provincia idola alia non ſunt niſi qvod qvælibet familia progenitorem ſuum adorat. Habitant plerumqve in locis ſylveſtribus atqve montanis. Ad montes autem illos extranei non accedunt, qvia aërem qvi ibi corruptus eſſe cenſetur, ferre non poſſent. d Literas non habent, ſed] contractus ſuos & obligationes faciunt per teſſeras, qvarum medietatem ſervat unus, & aliam alius: quæ poſtea in unum collatæ ſignis convenientibus adhibitis, rei cauſam exponunt. Non ſunt in hac provincia medici; ſicut nec in Canidu & Caraiam: ſed qvum qvis infirmatur convocant magos ſeu idolorum miniſtros, & illis exponit ægrotus morbum ſuum. Tunc magi choream agunt, inſtrumenta quædam ſonant, & in honorem Deorum ſuorum magnos reboant cantus, donec tandem unus ex eis in chorea ſaltantibus & ludentibus à dæmone corripiatur. Tunc chorea relicta arreptitium in terra jacentem conſulunt, ex qva cauſa id morbi illi acciderit, quidque pro ipſius liberatione ſit agendum. At dæmon per arreptitium reſpondet: Qvia id vel illud fecit: aut qvia hunc vel illum offendit Deum, ideo in hunc incidit morbum. Tunc magi orant ut Deus illi noxam illam remittat, promittentes ægrotum illum, ſi convaluerit, de ſangvine ſuo proprio ſacrificium oblaturum. Quod ſi Dæmoni videatur infirmum tali laborare morbo ut hinc liberari non poſſit, reſpondere ſolet: Iſte tam graviter Deum illum offendit, ut

per

per nulla ſacrificia placari poſſit. Et ſi à morbo convaliturus ſit, jubet ut tot arietes, nigra habentes capita, offerat; tot etiam ac tales paret potiones, tot ad ſe convocet magos, totidemqve magas, per quorum manus ſacrificium offeratur, & tum placetur illi deus. Quo audito conſangvinei ejus citò curant illa fieri quæ dæmon juſſit: occidunt arietes & ſangvinem ipſorum in cœlum ſpargunt, convocatiqve magi cum ſagis ſuis accendunt luminaria magna, & domum totam thurificando ſuffumigant, ſed & fumum de lignis *e* aloës] faciunt atque jus carnium in aëra ſpargunt unà cum potione de aromatibus confecta. Qvibus omnibus rite peractis in chorea rurſum ſaltant in honorem illius idoli, quod infirmo putatur propitium factum, cantant & horribiliter vocibus ſuis ſtrident. His factis interrogant rurſum arreptitium, num per hæc idolum ſit placatum. Si reſpondet Non, confeſtim parant ſe ad implendum aliud ejus mandatum Si autem reſpondet ſibi ſatisfactum, phanatici & incantatores ſedent ad menſam & carnes idolo immolatas comedunt cum magna lætitia, & bibunt confectiones quas in dæmonum ſacrificio libaverunt. Et finito prandio quisque ad ſua redit. Et qvum æger ex divina providentia ſic morbum evaſerit & incolumitati reſtitutus fuerit, id cœci homines non vero Deo, ſed dæmoni gratum ferunt.

a Ardandam. b Unciam. c Unciam enim ſeu ſagium auri commutant pro V unciis ſeu ſagiis argenti. d deſ. MS. *e alte.*

Cap. XLII.

De prælio magno quod fuit inter Tartaros & regem Mien. a

ANno Domini M. CC. *b* LXXXII.] magnum eſt ortum bellum propter regnum Caraiam, cujus præcedenti capite meminimus, & regnum *c* Botiam] nam miſit magnus Cham

 unum

unum de principibus ſuis *d* Neſcordim] nomine cum duodecim eqvitum millibus, qvi provinciam Caraiam à qvalibet tutarentur infeſtatione. Erat autem dictus Neſcordim vir prudens & ſtrenuus, habebatque ſibi adjunctos milites probos & bellicis rebus asſuetos. Horum adventum ut audierunt rex Mien & rex Bangala, perterriti ſunt plurimum, putantes quòd ad regna eorum expugnanda veniſſent. Et convocantes militias ſuas coadunaverunt eqvites & pedites circiter *e* ſexaginta] millia, elephantos autem *f* duo millia, caſtra geſtantes, & in qvolibet caſtro erant poſiti duodecim viri armati aut qvindecim aut ſedecim. Cum hoc exercitu properavit rex Mien verſus civitatem Vociam, ubi quieſcebat Tartarorum exercitus, & per tres dies in campeſtribus illis] qvietus manſit. Audiens verò Neſcordim tantum contra ſe veniſſe exercitum, plurimum timuit: tametſi metum illum omnino diſſimularet. Roboratus eſt nonnihil animoqvòd ſciret ſe in ſuo exercitu habere viros fortes & ſtrenuos bellatores. Egreſſus itaqve virili animo, ut pugnaret contra hoſtem, caſtra poſuit contra nemus qvoddam magnum, qvod proceras & maximas habebat arbores, non neſcius qvod elephanti cum turribus ſeu caſtris illis portatilibus nemus ingredi minimè valerent. Tunc Mien rex audiens adeſſe Tartaros, contendit occurrere illis. Tartarorum verò eqvi elephantos adeſſe ſentientes, qvippe qvi in prima acie conſtituti erant, tanto terrentur pavore, ut nulla vi aut ullo ingenio potuerint à ſuis ſeſſoribus contra elephantos excitari. Coguntur igitur Tartari ab eqvis deſcendere, illisqve ad nemoris arbores ligatis, pedeſtres contra elephantos pugnaturi veniunt. Et qvoniam in prima acie omnes milites baliſtas habebant, & ſagittis jaciendis asſveti erant, tantam ſagittarum vim in hoſtem torquent, ut elephanti vulnerati & ſagittarum ictus minimè ferre valentes, fugam arriperent, omneſque rapido curſu verſus nemus proximum contenderent. Rectores verò eorum quum ſumma vi illos in hoſtem

ſtem arcere molirentur, incaſſum laboraverunt. nam diſperſi ſunt huc atque illuc, & ingreſſi nemus portatilia caſtra ruperunt & armatos viros in illis ſedentes dejecerunt. Quod videntes Tartari currunt ad equos ſuos, illiſque conſcenſis cum magno impetu irruunt in acies regis. Hoſtis verò territus quod elephantorum diſſipata eſſet acies, quantum potuit manu ſe defendit. Et qvum utrinque atrociter pugnarent atque multi de utroque caderent exercitu, rex Mien cum ſuis tandem in fugam verſus, Tartaris inſequentibus & plurimos adhuc interficientibus victoriam reliquit. Quibus ſuperatis Tartari in nemus properant, atque elephantos capere conantur. Verùm illis fugientibus nullum cepiſſent, niſi inter captivos quidam illis auxilio fuiſſent. Ceperunt autem circiter ducentos. Ab hoc prælio & deinceps cœpit magnus Cham uti elephantis in exercitu, qvos prius ad hoc aſſvetos officium non habuit. Paulo poſt devicit idem magnus Cham terras regis Mien, ſuoqve ſubjugavit imperio,

a & victoria Tartarorum. b LXXII. c Vochiam. Infrà *Vociam. d Neſcardyn.* ſic ſemper. *e quadraginta. f circiter. g ad tres diatas juxta Vociam.*

Cap. XLIII.

De regione quadam ſylveſtri, & provincia a.

Recedendo à provincia Caraiam pervenitur ad deſcenſum qvendam, in qvo ferè *b* per tres dies itur in præceps, nec eſt ibi ulla habitatio, etiamſi ſit latiſſima qvædam planities, in qvam tribus diebus per hebdomadam multi conveniunt homines mercandi gratia. Deſcendunt multi de magnis regionis illius montibus aurũ ſecum deferentes, qvod pro argento commutant, nempe unam auri unciam pro qvinqve argenti unciis dantes: unde de exteris nationibus multi illuc veniunt negotia-

gotiatores, qvi argentum afferentes aurum aſportant. Ad montes vero illos excelſos, in qvibus illi cum magna ſecuritate habitant qvi aurum in regione illa colligunt, nemo extraneorum venire poterit, qvum iter illud invium ſit & adeo perplexum ut potius teipſum perderes qvam abſconditos invenires homines. Poſt hæc venitur ad provinciam Mien, qvæ à meridie confinis eſt Indiæ. c Et hæc maxima habet loca ſylveſtria] & nemoroſa, in qvibus innumeri diſcurrunt elephanti, unicornes atqve aliæ feræ agreſtes; ſed nulla ibi eſt habitatio humana.

a Myen. b per diatas duas & dimidium. c per quam itur diatis XV per loca ſylveſtria.

CAP. XLIV.

De civitate Mien & ſepulchro Regis.

ITinere peracto qvindecim dierum pervenitur ad civitatem qvæ vocatur Mien: & hæc magna eſt atqve nobilis, qvippe qvæ caput eſt regni, magno ſubjecta Cham. Habitatores ejus linguam propriam habent, & ſunt idololatræ. Fuit in hac civitate rex prædives, qvi moriturus juſſit ſibi parare ſepulcrum in hunc modum: In qvolibet capite ſeu angulo monumenti fieri juſſit turrim unam marmoream altitudinis decem paſſuum, ſpiſſitudinis juxta proportionem altitudinis ſervata. In cacumine vero turres illæ rotundæ fieri jubebantur, atqve una earum undiqve auro cooperiri. Super cacumen vero turris multæ ſuſpendi debebant aureæ campanellæ, qvæ ad flatum venti ſonum qvendam redderent. Alia autem turris argento debebat operiri, habens in ſua ſummitate campanellas argenteas qvæ ſimiliter ſonum & tinnitum ederent flante vento. Hoc ſepulcrum fieri juſſit pro honore nominis ſui, & ut memoria ſua apud homines nunqvam interiret. Et qvum magnus Cham ſibi

ſubji-

ſubjiceret hanc provinciam Mien, noluit ut exercitus violaret ſepulcrum illud, qvod ille fecerat ad honorem nominis ſui. Nam eſt mos Tartarorum ut non præſumant violare ea qvæ ſpectant ad pietatem defunctorum. Sunt in hac provincia multi elephantes, boves ſylveſtres magni & pulchri, cervi & damulæ aliaqve diverſarum ſpecierum animalia ſylveſtria.

Cap. XLV.

De provincia Bangala.

BAngala provincia à meridie confinis eſt Indiæ, qvam magnus Cham nondum ſubegerat, qvum ego in curia illius verſarer; ſed ad expugnandum exercitum miſerat. Habet regio regem proprium atqve propriam lingvam. Incolæ ejus ſunt omnes idololatræ: veſcuntur carne, riſo & lacte: habent bombycem in magna copia, & gratia illius multæ & magnæ fiunt ibi nundinationes. Abundant etiam [a] ſpico, galanga] zinzibere, [b] ſaccharo] & aliis diverſis aromatibus. Sunt qvoqve ibi maximi boves, qvi craſſitudine, ſed non altitudine, elephantos æqvant. Fiunt in hac provincia multi eunuchi, qvi poſtea negotiatoribus venduntur, diſtrahendi in diverſas provincias.

a Spica, galenca. b zucara.

Cap. XLVI.

De provincia Cangigu.

POſt memoratam provinciam Orientem verſus ſeqvitur provincia Cangigu, qvæ proprium habet regem, atqve propriam lingvam. Incolæ ejus idola colunt, & ſunt tributarii magno Cham. Rex eorum habet circiter trecentas uxores.

Invenitur in iſta provincia aurum multum, & multa aromata; ſed qvæ non facile diſtrahi poſſunt, qvum regio ipſa longè disſita ſit à mari. Sunt qvoqve in ea elephanti *a* multi] & venationes multarum ferarum. Incolæ ejus vivunt de carnibus, lacte & riſo. Vino carent; ſed de riſo & aromatibus potum conficiunt bonum. Solent tam viri qvam fœminæ pingere acubus facies ſuas, colla, manus, ventres & crura, facientes imagines leonum, draconum, & avium, *b* adeoqve eas impreſſas firmant, ut non facile aboleri posſint: & qvo qvis plures hujusmodi habuerit imagines, eo pulchrior æſtimatur.

a magni. b valde ſubtiliter.

CAP. XLVII.

De provincia a *Amu.*

AMu provincia ad orientalem ſita plagam, magno ſubjecta eſt Cham: cujus incolæ idola colunt, habentqve lingvam propriam. Abundant gregibus animalium, habentqve copiam victualium, & eqvos multos, eosque optimos quos negotiatores in Indiam ducunt. Habent quoque bubalos multos & boves: qvia ſunt illic paſcua delicata. Tam viri qvam mulieres geſtant in brachiis monilia aurea & argentea magni valoris.

a Anyn. Sic ſemper.

CAP. XLVIII.

De provincia Tholoman. a

PRóvincia Tholoman diſtat ad orientem ab *b* Amu itinere dierum octo, ſubjecta magno Cham, habens lingvam propriam, & idola colens. Viri & mulieres ejus ſunt elegantis formæ: tametſi bruno ſint colore. Terra cultisſima eſt, caſtra & civitates habens multas & fortes. Viri in armis

ſunt

ſunt exercitati, & ad bella asſueti. Mortuorum ſuorum corpora comburunt, & oſſium reliqvias capſæ includentes in cavernas montium recondunt, ne vel ab homine vel à beſtia tangi poſſint. Aurum eſt ibi in magna copia: *c* & loco monetæ utuntur auri glebis in mari repertis.]

a *Colomam.* Sic ſemper. *b* *Anyn.* *c* *Procellanas Indicas, de quibus ſuprà dictum eſt, loco monetæ parvæ expendunt.*

Cap. XLIX.
De provincia a *Gingui.*]

A Provincia *b* Tholoman] ducit iter verſus orientem ad provinciam Gingvi, iturqve duodecim diebus *c* juxta] fluvium qvendā, donec perveniatur ad civitatem grandem *d* Sinuglu. Subjecta eſt regio magno Chā: & ſunt incolæ ejus idololatriæ addicti. Parantur in hac provincia panni elegantes de corticibus arborū, qvibus æſtate induuntur. *e* Sunt in ea plurimi leones, ut etiam præ timore eorum nullus audeat noctu extra domos dormire. nam qvoscunqve inveniunt, lacerant atque devorant. Naves quæ aſcendunt & deſcendunt per flumen, propter leonum metum ad ripam non ligantur, ſed in medio fluminis ancoris ejectis retinentur. alioquin leones noctu naves ingrederentur, & qvicquid vivum in eis reperirent devorarent. Et licet leones illi ſint magni & feroces, ſunt tamen in eadem regione canes tam audaces & fortes, ut non vereantur leones invadere. Et ſæpe fit ut duo canes & vir ſagittarius eqvo inſidens leonem ſternant. nam qvum canes leonem adeſſe ſentiunt, magno latratu eum invadunt: præſertim quando ſciunt ſe hominis præſidio fultos, non deſinunt mordere leonem in partibus poſterioribus atque cauda: & licet leo ſæpe rictum illis minetur, huc illucqve ſe vertens, ut illos dilaceret, tamen canibus magna cautela ſibi providentibus, non facile ab eo læ-

duntur; præſertim qvum inſequens eques tunc leoni jaculum infigere ſtudeat, quando canes trucidare conatur. Fugit tamen leo, metuens ne propter canum latratum alii quoque canes & homines provocentur in eum. Et qvum arborem apprehendere poteſt, ilico confugit ad eam, & ceu tuto fortalitio ea fruitur à tergo, verſoque rictu contra canes tota vi ſe tutatur contra illos. Vir autem eqves appropians non ceſſat jaculari leonem, donec interſiciat: nec advertit leo jaculantis ictus, donec ruat: usq; adeo faciunt canes illi negotium. Abundat regio iſta ſerico: quod per mercatores ad diverſas portatur provincias.

a Cyngui. Sic ſemper. *b Colomam. b ſuper. d Stmnglu. e Viri ſtrenui ſunt in armis & fortes.*

CAP. L.

De civitatibus a *Cacauſu, Canglu & Ciangli.*

Recedendo à provincia Gingui, plures paſſim occurrunt civitates & caſtra: & ubi abſolveris iter qvatuor dierum, offert ſeſe Cacauſu nobiliſſima civitas, qvæ provinciæ Cathai annumeratur, ſita ad meridiem, & ſerico abundans: unde pretioſi fiunt panni atque ſindones, auro illis intertexto. Ab hac civitate tres numerantur diætæ verſus meridiem ad civitatem aliam magnam *b* Canglu] nomine, *c* quæ ſale abundat. nam eſt terra illa ſalſisſima, & ex ea eliciunt ſal hoc pacto: Congerunt terram in modum *d* collis] & ſuperfundentes aquam quæ ſalſuginem terræ attrahat, eam iterum ſub congeſto *e* colle] hauriunt, & tum juxta ignem coqvunt, donec in ſalis coaguletur denſitatem. Ultra civitatem *f* Canglu] itinere quinque dierum eſt civitas alia *g* Ciangli] nomine, per cujus medium tranſit fluvius magnus, navibus mercibus oneratis commodiſſimus. nam eſt illic emporium inſigne. *a Cancaſu, Fſianglu & Fſiangli. b Cyanglu. c quæ eſt de provincia Cathay. d monticuli. e monticulo. f Cyanglu. g Cyangli.*

CAP.

Cap. LI.

De civitatibus a *Tadinſu & Singuimatu.*

ULterius procedendo poſt diætas ſex verſus meridiem pervenitur ad civitatem magnam Tadinſu, quæ regem proprium habuit, priusquam ſubjiceretur magno Cham: & habet qvadraginta civitates jurisdictioni ſuæ ſubditas, qvæ omnes elegantiſſima habent viridaria. *b* Rurſus eundo verſus meridiem abſolutis tribus diætis, pervenitur ad aliam inſignem civitatem, Singuimatu nomine, ad quam à meridie magnus qvidam *c* currit] fluvius, *d* qvi à loci incolis in duos diviſus rivos, partim in orientem verſus Mangi, & partim ad occidentem verſus Cathai fluit.] Per hos *e* rivos] innumeræ naviculæ cum mercibus adducuntur A Singuimatu ſi verſus meridiem *f* duodecim] diætis contendas, continuè occurrunt civitates & oppida, in qvibus nundinationes multæ fiunt. Incolæ harum regionum ſunt idololatræ, magno Cham ſubjecti.

a Tadynſu & Singuimata. b Et eſt ibi fructuum & ſerici copia. c deſcendit. d qui ab incolis in duas partes eſt diviſus. quare una ad orientem vadit verſus Mangy: alia ad occidentem verſus Cathay. e fluvios. f XVI.

Cap. LII.

De fluvio magno a *Caromoran, & civitatibus* b *Corgangui & Caigui.*]

PRiore continuato itinere pervenitur ad flumen magnum *c* Caromoran nomine, quod ex regno presbyteri Joannis *d e* fluere dicitur.] Occupat in latitudine ſpatium unius milliaris: profunditas verò ejus tanta eſt ut oneratæ naves per ipſum aſcendere & deſcendere queant: abundat etiam piſcibus. *f* Haud longè ab oſtio hujus fluminis, ubi ſcilicet ruit in Ocea-

 num,

num, ſunt circiter quindecim millia navium, quas illic inſtructas habet magnus Cham; ut ſi neceſſitate ingruente navigandum ſit ad inſulas maris, exercitus per paratas naves facile adduci poſſit. *f* Harum navium plurimæ] ſunt tam magnæ, ut *g* quindecim ferre poſſint eqvos, ac eorum ſeſſores, cum victu & pabulo illis & iſtis neceſſario. Nautæ verò circiter viginti ſunt in qualibet navi. Porrò juxta ſtationem illarum navium duæ ſunt civitates juxta fluminis ſitæ ripam, quarum una *h* dicitur *i* Corgangui, & alia *k* Caigui. Trajecto verò illo flumine, mox venitur in nobiliſſimam provinciam Mangi, cujus præconium explicabitur in ſequentibus capitibus.

a Caromoram. b Caygan & Caygui. c Caromoram. d fluit. e juxta mare oceanum ad diatam unam. f Hæ naves. g qualibet earum. h quæ magna eſt, poſita ſuper crepidinem fluminis. i Cyangam. k quæ parva eſt ex altera parte fluminis.

CAP. LIII.

De provincia a *Mangi, & pietate atq; juſtitia regis.*

HAbuit provincia Mangi, regem qvendam *b* Facſur nomine, divitem & potentem, quo præter magnum Cham nullus in regionibus illis major inveniebatur. Regnum ejus fortiſſimum erat, & inexpugnabile putabatur, ut nemo ipſum invadere præſumpſerit. Unde factum eſt, ut tam rex quam populus bellorum & armorum uſum & exercitium amitterent. Erant ſingulæ civitates foveis atque foſſatis latisſimis aqua redundantibus cinctæ. Carebant equis, quia neminem timebant. Hincque factum eſt, ut rex genio plus æqvo indulgens deliciis frueretur continuis. Alebat domi circiter mille domicellos *c*, & aliud ſatellitium magnum & honorificum habuit. Fovebat tamen juſtitiam, conſervabat pacem, & diligebat

bat miſericordiam. Nemo audebat proximum offendere, & fraternam pacem interturbare: alioquin pœnam luiſſet. Tanta erat in regno illo concordia, ut artifices ſæpe noctu dimitterent officinas ſuas apertas, & tamen nemo præſumeret intrare. *d* Viatores & peregrini] tutiſſimi per totum illud *e* regnum ambulabant die ac nocte, nullum metuentes hominem. Erat quoque rex ipſe pius & miſericors in pauperes, & non deſerebat eos qui neceſſitate premebantur, aut penuria laborabant. Colligebat præterea ſingulis annis pueros & infantes à matribus ſuis abjectos, aliquando circiter viginti millia, & eos ſumptibus ſuis nutriri faciebat. nam in regione illa pauperes mulieres communiter à ſe abdicant atque abjiciunt proprios natos, ut ab aliis collecti enutriantur. Rex tamen infantes, quos ſic colligi jubet, tradit divitibus quibusque, qvos in regno ſuo habet: præſertim illis qui liberis carent, & ut in adoptionis ſuſcipiant filios mandat. Eos verò quos ipſe nutrit, matrimonio tradit puellis ejusdem conditionis, quas ſcilicet in pueritia à parentibus rejectas colligi fecit, & commodum ſuppeditat victum, unde vivant.

a Mangy. Sic ſemper. *b Scatuc.* & cap. LIV fin. *Fanfur.* *c & domicellas.* *d Delatores.*

Cap. LIV.

Quomodo a Baian, princeps exercitus magni Cham, expugnavit provinciam Mangi.

ANno ab incarnatione domini M. CC. LXVIII magnus Cham Cublai inhians provinciæ Mangi, hoc modo eam expugnavit, atque ſuo ſubjecit imperio. Miſit exercitum maximum ex equitibus & peditibus conflatum *b*, illique ducem præfecit *c* Baian Chinſan, quod ſonat lumina centum oculorum, quaſi Baian centum habens oculos.] Hic itaque

que cum exercitu ſuo ad provinciam Mangi perveniens, primo obſedit civitatem *c* Conigangui, & ut Imperatori ſuo obedientiam pollicerentur poſtulavit. Qvibus id recuſantibus receſsit, nulla civitati illata injuria: atqve idem reqviſivit à ſecunda civitate. Qva ſimiliter recuſante, proceſſit ad tertiam, & deinde ad quartam & quintam, & ab omnibus ſimile accepit reſponſum. Sextam verò aggreſſus eſt civitatem cum audacia multa: & hac vi expugnata contra alias proceſſit, brevique tempore duodecim obtinuit civitates. nam habuit in exercitu viros ſtrenuos & fortes, optimoſque bellatores. Ad hoc miſit magnus Cham poſt illum exercitum, alium grandem priore non infirmiorem: ſicque factum eſt ut contremuerint corda virorum Mangi, atqve diſſolverentur. Bajan verò movit exercitum contra metropolim Quinſai, ubi curia erat regis Mangi. Rex itaque Mangi videns Tartarorum audaciam & fortitudinem vehementer expavit, conſcenſaque navi cum maximo comitatu ad inſulas quasdam inexpugnabiles ſe recepit, habens ſecum circiter mille naves, committens reginæ cuſtodiam civitatis Quinſai, atqve magnum in eam collocans præſidium. Regina verò virilem induens animum prudenter ſe geſſit, atque nihil eorum omiſit, quæ ad civitatis defenſionem neceſſaria videbantur. Et cum audiret ducem exercitus Tartarorum vocari Bajan Chinſan, id eſt, centum oculi, plurimum territa eſt elanguitq; virtus ejus: præſertim cum audiſſet ab aſtrologis ſuis atque magis, civitatem Quinſai à nullo expugnandam, quam ab eo qvi centum haberet oculos. Et qvoniam contra naturam eſſe videbatur, ut quiſpiam hominum centum haberet oculos, & ducis illius nomen præſagio quadraret, fato nolens repugnare, vocato duce exercitus Tartarorum, tradit illi liberè civitatem & regnum. Quo audito totius regni cives & incolæ ad magni Cham defecerunt obedientiam, excepta civitate una *d* Saniſu nomine, quæ per triennium ad deditionem cogi non potuit. Regina

gina verò migravit ad curiam magni Cham, maximoqve ab illo ſuſcepta eſt honore. Vir autem ejus *f* rex Mangi in inſulis perſeverans reſiduum vitæ in illis conſumpſit.

a Bayam. b MS. add. *multitudinem navium. c Bayam Chinſam, quod in lingua noſtra ſonat Bayam C oculi, i. C oculos habens. d Coycangry. e Syanſu. f Fanſur.*

Cap. LV.

De civitate a Conigangui.

Civitas prima, qvæ provinciam Mangi ingredientibus occurrit, vocatur Conigangui, & eſt magna, inſignis, atqve opibus pollens, juxta flumen Caromoram ſita. Sunt ibi naves in maxima multitudine. Fit etiam ibi ſal in magna copia, ut quadraginta civitatibus ſufficiat, de quo magnus Cham magnum habet emolumentum. Incolæ hujus civitatis & omnium circumjacentium locorum idololatræ ſunt & comburunt corpora mortuorum.

a Coygangui.

Cap. LVI.

De civitatibus Panchi & a Chain.

Ultra civitatem Conigangui verſus Sirochum ventum itinere unius diei eſt civitas Panchi grandis & inſignis, in qua mercatura magna exercetur: & eſt in ea ſerici atque victualium magna copia. Recipitur per eam regionem moneta magni Cham. Porrò via quæ ducit à civitate Conigangui ad civitatem Panchi, pulchris conſtrata eſt lapidibus, *b* ad dextram & ad ſiniſtram fluentis decurrentibus:] nec aliunde patet acceſſus in provinciam Mangi, niſi per viam iſtam.

Ab iſta civitate Panchi ad civitatem *c* Chain eſt iter unius diei. Et hæc quoque inſignis eſt civitas, abundans piſcibus & venatione beſtiarum atque avium: præſertim phaſiani in maxima ibi inveniuntur copia *d*

a Chaym. b à dextris verò eſt magna valde. c Caym. d ut pro tanto argento, quantum unus Venetus habet, dentur 3 optimi faxiani.

CAP. LVII.

a *De civitate Tingui.*]

PRocedendo hinc per iter unius diei pervenitur ad civitatem *b* Tingui: quæ tametſi magna non ſit, habet tamen victualium maximam copiam. Sunt etiam ibi plurimæ naves. nam *c* haud longè ab oceano eſt ſita:] & intermedio ſpatio *d* ſalinæ] ſunt plurimæ: poſitaque eſt juxta illas *e* memorata civitas *f* Tingui. Recedendo verò ab hac civitate itinere unius diei verſus Sirochum occurrit pulchra civitas *g* in pulcherrima ſita regione, ſub cujus præfectura ſunt aliæ civitates multæ, numero viginti ſeptem. Et ego Marcus juſſione magni Cham *h* tribus annis] in hac civitate egi præfectum.

a Qualiter civitas Cyanſu cum machinis capta fuit. v. titulus cap. LVIII. *b Cyngui. c juxta Oceanum eſt ad tres diatas. d palmæ. e palmas. f Tigny. g Yangni. h* def. MS.

CAP. LVIII.

a *Quomodo civitas* b *Sianſu cum machinis fuit capta.*

AD occidentalem plagam eſt regio quædam *c* Navigui nomine, opulenta & amœna, in qua multi fiunt panni ex auro & ſerico, & ubi magna frumenti eſt copia. Civitas præcipua illius regionis Sianſu vocatur, habetque duodecim

decim alias civitates ſibi ſubjectas. Hæc civitas tribus annis obſeſſa expugnari non potuit ab exercitu Tartarorum, cum ſubjugaretur provincia Mangi. nam undiqve cingitur aquis & lacubus, ut nulla ex parte adiri potuerit, quam ab Aqvilone. Interea verò quo à Tartaris obſidebatur, continuè accedebant & recedebant naves victualium copiam adducentes: quod non parum affligebat magnum Cham, illo enim tempore ego & pater meus atqve patruus fuimus in Imperatoris aula. Unde accedentes eum conſuluimus & indicavimus illi, ſi nobis obtemperaret, quo pacto urbs brevi capi atqve expugnari poſſet; machinis ſcilicet qvibusdam, qvarum uſus in regione illa non fuit. Quo aſſentiente parari fecimus per fabros lignarios Chriſtianos, qvos nobiscum habuimus, tres machinas ſeu catapultas tantæ magnitudinis, ut qvælibet earum excuteret lapidem trecentarum librarum: qvas navibus impoſitas miſit rex ad exercitum ſuum. Erigentes igitur eas ante civitatem Sianſu, projicere ceperunt lapides grandes in civitatem: & primus cadens ſuper domum quandam, impetu ſuo illam pro majori parte confregit. quod videntes Tartari civitatem obſidentes plurimum obſtupuerunt. Hi verò qvi intra civitatem erant videntes tantum illis ab hoſte imminere periculum, ut etiam intra mœnia & in domibus ſuis tuti non eſſent, magno concuſſi ſunt terrore: & ne civitas tota lapidum jactu deſtrueretur, & homines quoqve opprimerentur, deditionem fecerunt, magnique Cham ſe ſubdiderunt obedientiæ.

a De civitate Syngui & flumine maximo Quan & innumera multitudine navium. vid. tit. cap. LIX. *b Cyanſu. c Nayngui.*

CAP. LIX.

De civitate a Singui, & flumine quodam magno.

A Civitate Sianſu *b* qvindecim numerantur milliaria ad civitatem qvandam Singui nomine: qvæ tametſi magna non ſit, habet tamen maximam navium multitudinem, ad ripam ſita maximi fluvii, qvo major in orbe non putatur, nomine *c* Quiam. nam latitudo ejus in qvibusdam locis habet milliaria decem, in aliis octo, & in quibusdam ſex. Longitudo verò ejus patet itinere centum dierum. Fluitant in hoc amne naves ſine numero. Putares in toto mundo tot naves non reperiri. *d* Eſt autem in hac urbe emporium celebratisſimum, & magna vis mercium per fluvium adducitur. Sunt & aliæ civitates plurimæ numero circiter ducentæ ad ripam hujus fluvii extructæ. nam fluit per terminos ſedecim provinciarum: nec eſt ulla earum qvæ non quinqve millia navium habeat. Majores verò harum regionum naves ſunt, ſingulæ uno coopertæ ſolario: nec habet ulla navis plures qvam unum malum pro velo expandendo. *e* Canabeis funibus non utuntur, niſi pro *f* malo] & velo: ſed pilorchas ſeu chordas faciunt de arundinibus magnis, qvibus naves qvandoqve per flumen trahuntur. Scindunt autē arundines illas magnas, qvæ qvindecim in longitudine continent paſſus, & ſciſſuras colligantes & contorqventes funes longiſſimos faciunt, ut qvidam longitudinem contineant trecentorum paſſuum. Et ſunt pilorchæ illæ fortiores funibus canabeis.

a Syngui. b Sirocum verſus. c Quian. d Ego enim Marcus vidi in portu civitatis illius Syngui naves circiter VM. &c. e Pondus verò naves aſcendit ad num. 4 M. cantarorum. aliquando tamen pondus deferunt XIIM. cantarorum &c. f valore.

CAP. LX.

De civitate a Caigui.

CAigui civitas qvædam parva eſt ſupra memoratum fluvium verſus Sirochum ſita, & creſcit in agro ejus tanta vis bladi & riſi, ut inde ad curiam magni Cham *b* devehatur. *c* nam ſunt inter utrumqve locum multi lacus & fluvii, qui induſtria magni Cham in unum ferè contracti rivum, navibus ituris & redituris congruam præbent ſemitam: tametſi aliqvando naves ſint exonerandæ, & frumenta per terram portanda, donec ad alium perveniatur lacum, ubi rurſum in naves recipiantur, & ulterius deducantur.] Juxta civitatem Caigui inſula quædam eſt in medio fluminis ſita, in qva monaſterium eſt monachis plenum, qvi idolis ſerviunt; & eſt monaſterium illud caput omnium monaſteriorum, quæ idolorum ſervitio ſunt conſecrata.

a Caygni. b ad civitatem Cambalu. c Tranſeunt enim loco illo ad provinciam Cathay per flumina & lacunas. Magnus enim Kaam fieri fecit canalia magna & multa, ut poſſint naves de loco hoc ab uno flumine ad aliud tranſire & pervenire ad provinciam Cathay. Per terram autem ire poteſt de Mangy ad Cathay.

Cap. LXI.

De civitate a Cingianſu.

CIngianſu civitas eſt in provincia Mangi ſita, in qua opera multa fiunt ex auro & ſerico, Sunt in ea *b* eccleſiæ Chriſtianorum Neſtorianorum, qvas ædificavit *c* Marſarcis Neſtorianus, qui à magno Cham in civitate illa præſulatum obtinuit, anno ſcilicet Domini M. CC. LXXXVIII.

a Sygianſu. b duæ. c Mariarchis.

Cap. LXII.

De civitate a Cingingui, & interfectione civium ejus.

POſt receſſum à civitate Cingianſu itinere trium dierum pervenitur ad civitatem Cingingui, occurrentibus in itinere multis civitatibus & oppidis, in quibus mercantiæ fiunt, & artificia multa exercentur. Eſt autē Cingingui civitas magna & opulenta, omnibus abundans victualibus. Cum Bajam dux militiæ Tartarorum expugnaret provinciam Mangi, miſit multos Chriſtianos, qvi dicebantur *b* Alani, contra hanc civitatem, qvi tam acriter eam impugnare cœperunt, donec cives ejus deditionem liberam fecerunt. Ingreſſi igitur civitatem, neminem læſerunt, cum ſponte magni Cham dominio ſe ſubjeciſſent. Invenientes autem in ea civitate vinum optimum, idque in magna copia, bibere cœperunt tam largiter, donec omnes inebriati ſunt. Et nocte mox inſeqventi omnes ſopore presſi, nullam conſtituerunt cuſtodiam. Quod videntes cives, qvi prius illos in pace ſuſceperunt, ſubitò irruentes in dormientes, omnes interfecerunt nullo evadente. Bajam verò hoc audiens, miſit alium exercitum magnum contra cives illos, qvi brevi civitatem expugnans, in vindictam proditionis & infidelitatis omnes interfecit, nullo ſuperſtite relicto.

a Chimchimgui. b Alarij.

CAP. LXIII.

De civitate a *Singui.*

SIngui civitas magna & egregia, continet in circuitu milliaria circiter ſexaginta. Eſt in ea magna populi multitudo: ſicut & tota provincia Mangi populoſisſima eſt, ſed non bellicoſa: verùm habet mercatores & artifices multos. habet quoqve medicos complures atqve philoſophos. In civitate Singui ſunt pontes lapidei circiter ſex millia, tam altos habentes

bentes fornices, ut *b* magnæ naves] *c* ſine mali inclinatione] tranſire poſſint. *d* Creſcit in montibus hujus civitatis reubarbarum & zinziber in maxima copia. *e* Habet hæc civitas ſub ſua juriſdictione *f* ſedecim civitates, in quibus multæ fiunt mercantiæ, atque plurima exercentur artificia. Cives ejus indumentis ſericis utuntur, nec non plurimi panni ex ſerico ibi parantur. Porrò vocabulum Singui lingua eorum ſonat civitatem terræ: ſicut etiam aliam habent urbem, quam vocant Quinſai, id eſt, civitas cœli, quòd hæ duæ urbes nobiliſſimæ ſint in partibus Orientis.

a Cyngui. b galea. c def. MS. *d ac ſub multis pontium prædictorũ duæ galeæ tranſire poſſunt. e quod pro Veneto argento haberentur LXXX libræ zinziberis recentis & optimi. f XV.*

CAP. LXIV.

De a *nobili] civitate Quinſai.*

DIſtat ab urbe Singui quinque dierum ſpatio alia urbs inſignis nomine] Quinſai, quod ſonat civitatem cœli: & eſt tam magna, ut major in orbe non putetur. *b* Et ego Marcus fui in hac civitate, & omnia diligenter luſtravi, advertens conſuetudines ejus & mores populi: & quæ illic viderim, breviter & fideliter referam. Continet circuitus hujus urbis in gyro milliaria circiter centum: *c* pontes verò lapideos habet duodecim millia, eoſque tam altos, ut naves magnæ erecto malo pertranſire poſſint. *d* Fundus autem civitatis eſt in loco paludinoſo, ferè ut Venetiæ: unde ſi careret pontibus, de vico ad vicum perveniri non poſſet. *e* Habet artifices innumeros, atque plurimos mercatores, ut incredibile putaretur, ſi numerum illorum recenſerem. Magiſtri artifices non operantur, ſed habent miniſtros, quos ad hoc inſtituunt. Homines civitatis

in magnis vivunt deliciis, & præſertim mulieres: unde & cæteris formoſiores apparent. Verſus meridiem eſt lacus magnus f intra mœnia urbis] qui triginta milliaria in circuitu ſuo continet, habens in littore g plurimas domos nobilium, foris & intus ornatas. Sunt quoqve ibi h delubra idolorum. In medio verò lacus ſunt duæ parvæ inſulæ, & in qvalibet eſt elegantiſſimum caſtrum ſeu palatium, in quibus continentur præparamenta & vaſa qvæque neceſſaria pro nuptiis & ſolennibus conviviis. Nam quicunque cives inſignia volunt celebrare convivia, illuc invitatos ducunt, & cum honore ſuſcipiunt. In hac civitate Quinſai ſunt pulcherrimæ & elegantisſimæ domus. Sunt quoqve per vicos plurimæ publicæ turres, i in qvas tempore conflagrationis vicini qviqve res ſuas portant atque ab incendio ſalvant. nam habet urbs plurimas ligneas domos, & non rarò fit ut ignis aliquas earum abſumat. Cives ejus adorant idola: comedunt carnes equorum, k canum, & aliorum immundorum] animalium: moneta utuntur magni Cham. Collocavit magnus Cham in hanc urbem maximam cuſtodiam, qvo rebellio caveatur. atqve furta & homicidia arceantur. in qvolibet enim ponte interdiu & noctu l decem habentur cuſtodes. Eſt mons qvidam m intra mœnia hujus urbis,] qvi ſuſtinet turrim, in cujus cacumine ſunt tabulæ ligneæ, qvæ in hunc uſum illic ſervantur, ut qvamprimum ignis in urbe conflagraverit, cuſtodes malleo percutiant eas tabulas: cujus ſonitu, quí per totam auditur urbem, excitati cives concurrunt, & ignem reſtinguunt. Pulſantur etiam hæ tabulæ, qvando in urbe tumultus aliquis aut populi commotio naſcitur. Omnes plateæ civitatis lapidibus ſunt conſtratæ: unde fit ut mundiſſima ſit. Inveniuntur etiam in ea circiter tria millia n thermarum, quibus homines pro abluendis corporibus utuntur. nam hoc unum gens illa ſtudet, ut ſit munda corpore. Diſtat hæc urbs orientem verſus ab oceano viginti quinque milliaribus, ubi in littore maris

ris ſita eſt civitas *o* Canſu, portus commodisſimus, ad qvem locum infinitæ conveniunt naves ex India, & aliis regionibus. A Quinſai verò tranſit fluvius ad portum illum, per quem magna vis mercium adducitur. *p* Provincia Mangi qvum ſit latiſſima, diviſit eam magnus Cham in novem regna, cuilibet proprium asſignando regem. Et hi reges omnes ſunt potentes, ſed magno Cham ſubjecti, cui etiam ſingulis annis de omnibus regnorum proventibus aliquid ſolvunt, & rationem reddunt. Et unus illorum moratur in urbe Quinſai, habetqve ſub ditione ſua centum & qvadraginta civitates, Habet autem univerſa provincia Mangi mille & ducentas civitates, & in ſingulis poſita ſunt à magno Cham præſidia, ne rebellare audeant. Sunt verò cuſtodes illi colluvies qvædam multarum gentium, & ſtipendiarii undecunqve conducti, ex diverſis exercitibus magni Cham delecti. *q* Eſt in regione illa, & præſertim in provincia Mangi, diligens obſervatio motuum cœleſtium, ut etiam cujuslibet naſcentis pueri horoſcopum accuratiſſimè obſervent, advertentes diem & horam nativitatis, & quis planetarum tunc dominium principale habuerit.] his enim reguntur aſtrologorum indiciis in cunctis factis & itineribus ſuis. Eſt etiam conſuetudo in hac provincia, qvum quis moritur, conſangvinei ejus canabeis induti ſaccis extinctum corpus cum magno cantu efferunt, & pingunt in chartis imagines ſervorum, ancillarum, eqvorum, & denariorum, & ea omnia comburunt cum cadavere, credentes qvod defunctus his omnibus in alia vita fruiturus ſit, atqve tale habiturus ſatellitium, qvod illi obſeqvatur. Poſtea pulſant varia inſtrumenta muſica, dicentès qvod Dii ſui cum tali honore & pompa eos ſuſcipiunt, qvalis illis in combuſtura ab amicis & propinqvis exhibetur. In hac civitate Quinſai eſt palatium qvoddam magnificum, in quo *r* Facfur provinciæ Mangi olim rex, curiam ſuam habuit. *s* Extremus murus qvi caſtrum illud per qvadrum cingit, continet in ſuo ambitu milliaria decem, habetque competentem

Q tentem

tentem altitudinem. Intra hunc murum ſunt viridaria pulcherrima cum fructibus delicatiſſimis. Sunt qvoqve ibi fontes & vivaria piſcibus redundantia. In medio verò eſt palatium illud regium, amplisſimum qvidem & pulcherrimum, quale vix in toto orbe invenitur, habens viginti aulas æqualis magnitudinis, in quibus ſingulis decem millia hominum ſimul diſcumbere posſunt. Sunt etiam omnes iſtæ aulæ regio more pictæ & ornatæ. *t* Cæterum *u* familiæ, qvalem pater cum filiis, uxore & reliqva familia conſtituit, putantur eſſe in urbe Quinſai ſexcenta millia. *x* Una ſolum in ea eſt eccleſia Chriſtianorum Neſtorianorum. Eſt etiam conſuetudo in hac urbe & tota provincia Mangi, ut qvilibet paterfamilias ſcribat ſuper oſtium domus ſuæ nomen ſuum, & nomina uxoris & totius familiæ ſuæ, ſed & numerum eqvorum ſuorum. Et qvum aliqvis moritur ex familia ſua, aut qvum domicillum mutat, delet nomen mortui aut diſcedentis, & adſcribit nomen recenter nati, aut in familiam ſuam cooptati: & per hunc modum absque magna difficultate ſciri poteſt numerus hominum totius civitatis. Similiter hoſpites & tabernarii ſcribunt in tabulis ante oſtium expoſitis nomina viatorum & hoſpitum, qvi ad diverſoria ipſorum declinaverint, & qvo menſe atque die ingreſſi ſint.

a *Poſt receſſum à civitate Syngui itur per diatas qninque, & inveniantur in via civitates plures & magnæ, ubi maximæ negotiationes fiunt. Poſtmodum pervenitur ad nobilisſimam civitatem Quinſay.* *b* *Et eſt in provincia Mangy principalior.* *c* Additum fuerat in MS. *aut* CC. quod tamen poſt eraſum eſt. *d* MS. add. *ut plurimum.* *e* *In hac civitate ſunt artes principales XII. &c.* *f* *in illa civitate.* *g* *multa palatia &c.* *h* *eccleſia.* *i* *lapidea.* *k* *& omnium.* *l* *quatuor.* *m* *in hac civitate.* *n* *cerine.* leg. thermæ. *o* *Canſu.* *p* *qui etiam fluvius per plures alias tranſit regiones.* *q* *In hac civitate Quinſay, & in tota provincia Mangi, ſtatim ut puer naſcitur, parentes ejus ſcribere faciunt diem & horam ſuæ nativitatis, & ſub quo planeta natus eſt.* *r* *Fatuc.* *s* *Primo magnus lacus eſt.* *t* *in ipſo palatio ſunt cameræ M. aut circiter.* *u* *Ignes juxta vulgare Italicum, ſeu.* *x* MS. *CLX Tomani.*

mami. & additum, Tomamũ, XM eſſe, adeoq; familiarum numerũ ad millena millia aſcendere. palatia item in hac civitate multa eſſe & pulcra valde.

Cap. LXV.

De proventibus qui magno Cham in urbe Quinſai, & provincia Mangi penduntur.

EXigit Cham magnus ſingulis annis de ſale quod paratur in urbe Quinſai & terminis ejus *a* myriades octoginta aureorum. De rebus etiam aliis, præſertim mercibus, tantam recipit vim pecuniæ, ut vix numerari poſſit. Habet provincia maximam copiam ſaccari & aliarum multarum ſpecierum aromaticarum. Recipit autem magnus Cham de centum menſuris aromatum tres & dimidiam. Idem facit de reliquis mercatorum bonis. De vino qvoque quod ex riſo & aromatibus conficiunt, *b* non parvum habet emolumentum. Similiter ab artificibus, præſertim duodecim generum, habet commodum ſuum. De ſerico autem, cujus in provincia Mangi maxima eſt copia, de centum ulnis decem exigit. Ego Marcus ſemel audivi computum fieri ſingulorum redituum, qui magno Cham penduntur annuatim in regno Quinſai, quod eſt nona pars provinciæ Mangi: aſcenditque ſumma omnium, ſale tamen excepto, ad *c* quindecim millia millium aureorum, atque ſexcenta millia.

a Tomamos aureos LXXX. Quilibet autem Tomamus aſcendit ad LXXXM. ſagiorũ. & addit MS. *octoginta Tomamos aureos facere VMM & LXM ſagiorũ auri. Quodlibet autem ſagium auri plus habere in pondere quam florenum.* *b & de carbone*, lapidibus puta ardentibus. *v. cap. 26.* *c XVM ſagiorum auri.* Quique librum reviderat, *XVCM* ſcripſit.

Cap. LXVI.

De civitate a Tampingui.

PRogrediendo à civitate Quinſai, & eundo verſus Sirochum, continuè inveniuntur viridaria pulchra & optime culta, donec unius diei itinere expleto perveniatur ad civitatem Tampingui, inſignem & pulcherrimam. Ultra hanc civitatem *b* tribus diebus] verſus Sirochum eundo, inveniuntur civitates & caſtra in maximo numero, ut à longinquo conſpecta viatori quaſi una urbs magna eſſe videatur: tanta vicinitate ſunt conjuncta. Eſt ibi victualium magna copia. Creſcunt qvoqve ibi maximæ arundines longitudinis quindecim paſſuum: in circumferentia verò continent quatuor palmos. Procedendo ultra, *c* triduique confecto itinere, occurrit *d* Gengui, civitas grandis & pulchra, ultra quam *e* per Sirochum eundo plurimæ aliæ viatori ſeſe offerunt civitates & caſtra. Sunt etiam in ea regione multi leones, magni & feroces. *f* At verveces nulli reperiuntur in ea, ſicut nec in provincia Mangi, ſed] boum, *g* caprearum, hircorum & porcorum] ibi magna eſt copia. Itinere quatuor dierum conſummato, occurrit alia inſignis civitas Ciangiam nomine, in monte ſita: qui mons fluvium qvendam in duas ſecat partes, quæ paulò poſt in oppoſitas tendunt plagas. Ulterius procedendo itinere trium dierum invenitur civitas *h* Cugui, qvæ ultima eſt in regno civitatis Quinſai.

a Tampigni. b ad três diatas eſt civitas Ugui, & per duas diatas alias. c MS. *duas diatas* habet. *d Chengui. e diatis quatuor. f In hac regione* (relicto ſpatio) *non ſunt* (relicto ſpatio) *ſed boves* &c. *g capre & ſues. h Cingui.*

CAP. LXVII.

De regno a *Fugui.*

RElicta à tergo civitate *b* Cugui, patet ingreſſus in regnum Fugui: in quod ſi pedem moveris *c* itinere ſex dierum, eundum eſt per montes & valles; multis tamen occurrentibus

tibus civitatibus & caſtris. Habet regio illa copiam victualium, habet etiam venationes plurimas beſtiarum & volucrum: habet denique plurimos leones. Creſcit ibi zinziber in magna copia: *e* creſcit quoque flos quidam haud diſſimilis croco; alterius tamen ſpeciei, ſed qui croci præſtat uſum. Comeduntur in hac regione humanæ carnes cum magna voluptate, dummodo homines illi non morbo aliquo occubuerint. Quando ad bellum procedunt, quilibet ferro calido inurit ſibi in fronte ſignum, nec ullus eorum eqvum ducit ad bellum, præter ducem exercitus. Utuntur lanceis & ſpatis: & quos in bello perimunt, eorum bibunt ſangvinem, & comedunt carnes. nam ſunt homines crudeliſſimi.

a Scugni. b Cingui. c Scugni. d per Sirocham. e MS. add. *LXXX libras emi uno quaſi Veneto.*

Cap. LXVIII.

De civitatibus a Quelinſu & Unquen.

ITinere ſex illorum dierum completo, de quo jam diximus, pervenitur ad civitatem Quelinſu nomine, quæ magna eſt & celebris, ſita ſuper fluvium quendam, qui juxta civitatis mœnia labens tres habet lapideos pontes, marmoreis supernè ornatos columnis. Hi pontes in latitudine continent octo paſſus, & in longitudine *b* mille. Abundat in illa civitate ſericum, zinziber, & *c* galanga. Viros & mulieres habet eximiæ pulchritudinis. Inveniuntur ibi gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent, ut *d* catti, nigri ſcilicet *e* coloris, ſed ova edunt optima. *f* Et quoniam regio illa plena eſt leonibus, periculoſum eſt per eam ambulare. Ab hac civitate ſpatio qvindecim milliarium eſt alia civitas Unquen nomine, ubi ſaccarum in maxima creſ-

cit copia, & hinc portatur ad curiam magni Cham, quæ ſcilicet eſt in civitate Cambalu.

a Quemiſu, b milliare unum. c galenca. d Hæſit autor MS. etiam in hac voce, cui itidem ſpatium reliquit. *e omnes. f ſimilia ovis gallinarum noſtrarum.*

CAP. LXIX.

De civitate a *Fugui.*

PRocedendo ultra per milliaria qvindecim, occurrit civitas Fugui, quæ metropolis & caput eſt in regno Concha, qvod unum è novem illis eſt regnis in quæ provincia Mangi eſt taxata. Moratur magnus exercitus magni Cham in hac urbe, ad tuendum provinciam & civitates ejus, & ad reprimendum factioſos homines, qvi parati ſunt rebellionem movere contra Imperatorem. Tranſit per medium hujus civitatis ingens qvidam fluvius, cujus rivus in latitudine unum occupat milliare. Et qvoniam urbs iſta parum diſtat à mari oceano, eſt ibi inſigne emporium, ad qvod ex India portantur plurimæ margaritæ, & alii lapides pretioſi. Eſt qvoqve in ea urbe maxima ſaccari copia, & victualium ſufficientia.

a Scngui.

CAP. LXX.

a *De civitatibus Zarten & Figui.*

TRajecto memorato fluvio itur *b* quinqve dierum itinere *c* verſus civitatem Zarten,] & nullibi non occurrunt vel civitates vel caſtra. Abundat regio illa victualibus, habetqve montes & nemora: ex *d* nemorum arboribus colligitur *e* pix. Civitas verò Zarten grandis eſt valde, habetqve por-

portum optimum, ad qvem naves Indianæ mercibus onuſtæ veniunt ſine numero. eſt enim illic unum de majoribus emporiis qvæ in mundo inveniuntur. nam piper & aromata, qvæ Alexandria ad partes mittit Chriſtianorum, hæc ab illo emporio Alexandriam deferuntur. Penditur magno Cham in hac urbe vectigal immenſum. nam nulla advehitur navis, ex qva non habeat maximum commodum. parum enim abeſt qvin cujuslibet ſpeciei aromaticæ media pars ſit illi ſolvenda. *f* Eſt etiam in hac regione civitas qvædam *g* Figui nomine, qvæ celebris habetur in partibus illis, ob pulchras ſcutellas qvæ in ea fiunt. *h* Habet qvoqve ipſa provincia lingvam propriam. Hæc tandem de provincia Mangi dicta ſufficiant. Et licet de novem ejus regnis duo duntaxat explicuerimus, *i* conſulto tamen] alia præterimus, ſtylum ad Indiam torqventes, in qva *k* aliqvanto fuimus tempore, & plurima qvæ in ea inveniuntur mirabilia, coram poſiti vidimus, atqve, ut ita dicam, manibus contrectavimus.

a De civitate Caycan & nobiliſſimo portu ejus. b per Sirochum. c def. MS: *d multis. e camphora. f* MS. addit, *recipi de centenario menſuras X. XXX. XL. XLIV. ſecundum differentiam ſcilicet mercium:* quas item in ſpecie memorat. *g Tingui. h de terra, quæ dicitur* Porcellana. *i brevitatis gratia, & quoniam nimia eſſet hujus libri prolixitas, ſi deberem ſingula deſcribere ejus regna. k diutius.*

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

Quales naves in India ſint.

IN hoc tertio libro Indiæ regionem deſcripturi à navibus ejus exordium faciemus. Majores naves qvibus Indi per mare *a* utuntur, ut plurimum de abiegnis facta ſunt lignis, habentqve ſolarium unum, quod *b* noſtrates nautæ operimentum] vocant, ſupra quod circiter *c* quadraginta manſiunculæ] pro mercatoribus paratæ. Habet navis una unum *d* gubernaculum,] quatuor malos, & totidem vela. Tabulæ clavis ferreis firmisſimè compactæ ſunt, & fisſuræ quæqve ſtupa obfirmatæ. Et qvoniam pice in his regionibus carent, linunt naves ſuas oleo cujusdam arboris calce mixto. Sunt in magnis navibus circiter ducenti viri, qui eam remis per mare ducant. Capit verò navis una *e* quaſi] ſex millia ſportarum piperis. *f* Adhærent qvoqve his magnis navibus aliæ naviculæ, quæ piſcationi & ancoris jaciendis inſerviunt. *g*

a India. b apud nos cooperta. c camerula ſeu cella numero LX. d ampluſtre ſeu gubernaculum, quod temon dicitur in vulgari. e communiter. f remos magnos navis habet, & ſæpe ducitur remigando. Remus autem quilibet indiget marinariis quatuor. Habet & navis magna duas Barchas, quarum una major & altera minor: ſed qualibet ipſarum pondus mille ſportarum piperis portat, & in ſuo obſequio ad gubernationem requirit marinarios quadraginta, qui ſæpe navem magnam ſuis alligatam Barchis remigando trahunt. Cum velis & remis deducuntur Barchæ, quando fuerit oportunum. g quas Batellas *dicimus.* In MS. adduntur quædam alia.

Cap. II.

De inſula Zipangri.

a Zipangri inſula b in alto mari ſita, diſtat à litore Mangi per mille milliaria atque quingenta, & eſt magna valde. Habitatores ejus albi ſunt, & decentis ſtaturæ, idola colentes, & proprium habentes regem, nulli tributarii. Eſt ibi c aurum] in maxima copia; ſed rex non ſinit illud extra inſulam facile portari; & hæc cauſa eſt qvod pauci mercatores ad illam concedunt provinciam. Rex inſulæ palatium habet magnificum, cujus tectum aureis operitur bracteis non ſecus qvam apud nos d magnæ domus] plumbo e vel cupro] operiuntur. f Superficies qvoqve ſuperior aularum & conclavium aureis laminis dicitur tecta. Inveniuntur illic margaritæ in magna copia, rotundæ & craſſæ, rubei coloris, qvæ albas in pretio & valore longè præcellunt. Sunt qvoqve ibi alii lapides pretioſi, qvi g una cum auro] inſulam ditisſimam reddunt.

a *Zipangu.* & infrà *zypangu.* b *ad Orientem.* c *ſericum.* d *Eccleſiæ.* e def. MS. f *Feneſtræ autem palatii auro ornatæ ſunt, & pavimentum aularum & cameratum multarum aureis tabulis eſt opertum, quæ quidem tabulæ aureæ duorum digitorum menſuram in groſſitie continent.* g def. MS.

Cap. III.

Qualiter magnus Cham miſſo exercitu contendit pro inſula Zipangri expugnanda.

Magnus Cham Cublai qvum audiſſet inſulam a Zipangri tantis pollere divitiis, cogitare cœpit qvomodo eam ſuo ſubjugaret dominio. Misſis igitur duobus b ducibus] qvorum unus c Abatan, & alter d Nonſachum]

vocabatur, duos magnos exercitus deſtinavit qvi eam expugnarent. Hi itaqve à portu Zarten & Quinſai ſolventes cum multis navibus & magno eqvitum atqve peditum apparatu, navigaverunt verſus inſulam Zipangri, & ingresſi in eam multa damna intulerunt illis & caſtris in planitie ſitis. Et antequam ſubjugarent inſulam, ortum eſt inter eos pernicioſum disſidium, ut neuter alterius obtemperaret voluntati & conſilio. Qvo factum eſt ut in nulla re proſperum haberent ſucceſſum. Nam nec urbem aliqvam aut ullum caſtrum præter unum expugnare potuerunt. Expugnato autem illo unico caſtro, omnes qvi ad cuſtodiam ejus à rege Zipangri deputati erant, jusſi ſunt à duce exercitus, gladio feriri: inter qvos octo fuerunt qvi *e* lapides quosdam pretioſos in brachiis ligatos] geſtabant, tam efficacibus diabolicis inauguratos incantationibus ut nullo modo vulnerari aut occidi ferro potuerint, qvamdiu illos lapides ſecum portarent; Et conſilio adinvento, ligneo fuſte percusſi, interierunt.

a Zypangu. Sic poſtea ſæpe. *b Baronibus. c Abatam. d. Voſanchim. e lapidem pretioſum inter cutem & carnem.*

CAP. IV.

Franguntur naves Tartarorum, & multi ſubmerguntur.

ACcidit verò qvadam die, ut magna in mari oborta tempeſtate, Tartarorum naves gravi collisſione ad terram & ripam maris qvaſſarentur. Et conſulentibus nautis elongantur naves à terra, in qvibus uterque Tartarorum erat exercitus. Sed procellis maris vehementius ſævientibus, franguntur plurimæ naves, & qvidam ſubmerguntur: ſed plures correptis tabulis & lignis ad inſulam qvandam parvam, à qva haud longè aberant, quæqve *a* non multum] diſtabat ab inſula Zipangri, natando pervenerunt. Alii verò qvorum naves integræ

man-

m in ſerunt, ad propria redierunt. Porrò eorum qvi fractis navibus incolumes ad inſulam pervenerunt, fuerunt circiter triginta millia. Et qvoniam naves non habebant quibus hinc diſcederent, nec victualia illis inſula ſuppeditaret, quippe quæ ab hominibus non habitabatur, nihil præter mortem expectabant.

a ad milliaria quatuor.

Cap. V.

Qualiter Tartari mortis evadunt periculum & in Zipangri inſulam redeunt.

MAris verò tempeſtate ſedata, habitatores inſulæ Zipangri cum multis navibus & grandi exercitu venerunt contra inermes Tartaros in inſula, ad quam natando appulerunt, vagantes, eosqve in univerſum trucidare moliuntur, quippe qui omni auxilio deſtituti erant. Relictis itaque in litore navibus terram ingrediuntur hoſtem quæſituri. At illi prudenter aſpectum Zipangriorum fugientes, delitescunt haud longè à litore maris, tantisper expectantes, donec illi in terram effuſi à navibus ſeſe elongaverunt: & ſubitò prorumpentes naves apprehendunt, & ingreſſi eas ab inſula ſalvi recedunt dimiſſis Zipangriis in inſula. Et recta contendentes ad inſulam Zipangri acceptis hoſtium vexillis, quæ in navibus invenerunt, proceſſerunt ad principaliorem inſulæ civitatem. Cujus habitatores ut viderunt ſuæ gentis vexilla, exiſtimabant ſuos cum victoria reverti, & egreſſi illis obviam, hoſtem incautè in civitatem intromittunt. Qua potiti omnes qvi in ea fuerunt, præter paucas mulieres, expulerunt.

Cap. VI.

Quomodo Tartari ab obtenta civitate iterum excluduntur.

 Rex

REx vero Zipangri his auditis, mox alias conducit naves, & exorcitum in inſula concluſum reducit, atque obſidet civitatem quam occuparunt Tartari, tantaque diligentia omnes civitatis introitus & exitus cuſtodit ut nullus ad hoſtem ingredi nec ullus egredi valuerit. Id enim imprimis cavendum ducebat, ne incluſi Tartari magno Cham principi ſuo quod acciderat indicare poſſent: alioquin de inſula actum fuiſſet. Manet itaque hoſtis incluſus & obſeſſus ſeptem menſibus: & videntes ſe omni auxilio deſtitutos, reſtituunt regi Zipangri civitatem, liberique & ſalvi ad propria redierunt. Et hæc geſta ſunt anno Domini [a] M. CC. LXXXIX.

a M. CC. LXIX.

CAP. VII.

De idololatria & crudelitate virorum Zipangri.

COlunt viri Zipangrii varia idola, qvorum qvædam habent caput bovis, & quædam caput [a] porci,] & qvædam caput canis atq; aliorum diverſorum animalium. Sunt etiam quæ habent qvatuor facies in uno capite: alia tria capita, unum ſuper collum, & duo alia ſuper utrumqve humerum. Sunt rurſus qvædam qvæ quatuor habent manus, alia [b] viginti,] & alia centum. [c] Et qvod plures habuerit manus, majoris putatur veritatis. Et qvum incolæ interrogantur, unde hanc habeant traditionem, reſpondere ſolent, ſe patres ſuos in hoc imitari, nec aliud credere debere quam qvod ab illis acceperunt. Eſt etiam hæc conſuetudo apud Zipangrios, quando hominem extraneum capiunt, ſi ille poteſt ſe pecunia redimere, dimittunt eum; ſi autem pretium non habet, quo ſe liberet, occidunt illum, & coctum devorant, convocantes ad convivium illud conſangvineos & amicos qvoſqve. [d]

a arietis. b decem. c & ultra. d qui carnes illas libentius comedunt, dicentes carnes humanas ceteris carnibus meliores eſſe.

CAP. VIII.

De variis inſulis regionis illius, atq; fructibus earum.

a IN litore maris Oceani, in quod deſinit ab oriente provincia Mangi, circa inſulam Zipangri plurimæ inveniuntur parvæ inſulæ,] qvæ à nautis numeratæ putantur eſſe ſeptem millia, qvadringentæ & qvadraginta octo, quarum major pars ab hominibus habitatur. Nec eſt ulla in qua non creſcant arbores odoriferæ atqve virgulta ſuavem ſpirantia odorem. Inveniuntur ibi aromata in maxima copia. *b* Verum negotiatores extranei illuc non veniunt, niſi habitatores Mangi, qvi *c* hieme ad inſulas navigant, & æſtate iterum redeunt. Nam flant in regione illa duo tantum venti oppoſiti, unus hieme, & alter æſtate. *d* Et qvoniam in illis inſulis non fui, nihil de illis ſcribere ſtatui; ſed ſtylum reducam ad portum *e* Zarten, ut inde ad alias tranſeam regiones.

a Mare illud, ubi eſt inſula Zipangu, Oceanum eſt, & dicitur mare CYN 1. mare Mangi, quia provincia Mangi eſt in litoribus ejus. In hoc mari, ubi eſt Zipangu, ſunt aliæ inſulæ multæ. b Ibi piper albisſimum eſt, ut nix. De nigro copia maxima. c per annum continuum ſunt in mari, quia. d Et hæc eſt regio multum diſtans à littoribus Indiæ. e Zeyten.

CAP. IX.

De provincia a Ciamba:

SOlventes à portu *b* Zarten, & navigantes verſus Garbinium, pervenerunt ad provinciam *c* Ciamba, quæ mille & *d* quinquaginta] milliaribus diſtat ab eo portu: & eſt magna valde, abundans ovibus, idola colens, atque propriam habens lingvam. Anno incarnationis dominicæ M. CC. LXVIII. miſit

magnus Cham ducem qvendam Sogatu nomine cum valido exercitu, ut provinciam illam ſibi ſubjugaret. Sed qvum in provinciam veniſſet, vidit civitates adeò munitas, & caſtra tam fortia eſſe, ut nulla vi illa poſſet expugnare. Combusſit tamen villas, & incidebat arbores, tantaque provinciæ intulit damna ut rex ejus libens magno Cham tributarius fieret, modò dux ille ex provincia recederet. Inierunt autem fœdus tale ut rex Ciamba annuatim viginti *e* pulcherrimos elephantos pro tributo magno penderet Cham. Et ego Marcus fui in hac provincia, cujus rex tunc tantam habuit uxorum multitudinem, ut illi eſſent nati *f* trecenti & viginti ſex filii atque filiæ, qvorum centum quinqvaginta jam arma ferre poterant. In hac regione plurimi ſunt elephanti, & lignum aloës in eo abundat. Inveniuntur etiam ibi nemora *g* de lignis ebani.

a Cayamla. b Zaytem. c Cyamla. Sic & infrà. *d quingentis. e pulcherrimas elephantes. f CCC. & XVI. g magna.*

CAP. X.

De inſula [a] *Java.*]

RElicta provincia *b* Ciamba, navigatur *c* verſus meridiem] mille & quingentis milliaribus usque ad inſulam magnam *d* Java nomine, quæ in circuitu ſuo patet tribus millibus milliarium. Habet regem qui nemini eſt tributarius. Ibi eſt maxima copia piperis, nucum muſcatarum, ſpici, *e* galangæ, & cæterorum aromatum. Conveniunt illuc multi negotiatores. nam multa lucrantur ex allatis ſpeciebus. Incolæ inſulæ idololatræ ſunt: nec potuit magnus Cham hactenus eam ſuæ ſubjicere ditioni.

a magna Jana. b Cyamla. c inter meridiem & Sirocbum. d Jana. e galenga, cubebarum, gariophyllorum & cet.

Cap. XI.

De provincia a *Boëach.*]

NAvigando ab inſula Java, numerantur ſeptingenta milliaria ad duas inſulas *b* Sondur & Condur] dictas, à quibus ultra procedendo inter meridiem & Garbinium, ſunt *c* quinquaginta] milliaria ad provinciam *d* Boëach] quæ ampliſſima & ditisſima eſt. Regem habet proprium, & propriam lingvam. *e* Adorant idola. *f* Producit hæc regio urſos domeſticos, magnos ut leones,] itemque elephantos habet multos & aurum copioſum. Utuntur incolæ pro moneta *g* glebis qvibusdam aureis.] Pauci ſunt qui ex alienis regionibus provinciam hanc adeant: *b* adeò inhumani ſunt habitatores ejus.

a Loeach. b Gendur & Gondur. c quingenta. d Loeach. e nulli tributa reddens, niſi proprio regi. Eſt enim fortis valde, & à nemine poteſt lædi. f In hac provincia creſcunt----qui domeſtici ſunt, & magni ut lynces, qui valde boni ſunt. g porcellana, de qua dictum eſt ſuprà. b quia regio non bn.

Cap. XII.

De inſula a *Petan.*

REcedendo à provincia *b* Boëach navigatur per milliaria quingenta verſus meridiem ad inſulam Petan, quæ majorem in partem ſylveſtris & nemoroſa eſt. Arbores ejus odoriferæ ſunt, & magnam præſtant utilitatem. Inter provinciam *c* Boëach] & Petan per milliaria ſexaginta, *d* mare adeò eſt vadoſum, ut nautæ cogantur levare gubernacula. Nam profunditas ejus vix eſt quatuor paſſuum. Hinc venitur ad regnum *e* Maletur, ubi maxima eſt copia aromatum, & habent incolæ ejus propriam lingvam.

a Pentam. b Leoach. c Loeach. d non invenitur altitudo maris ultra paſſus quatuor. &c. e Malenii.

Cap.

CAP. XIII.

De inſula quæ a Java] minor vocatur.

ULtra inſulam Petan per Sirochum navigando eſt Java minor, centum diſtans milliaribus à Petan: & hæc in circuitu continere dicitur circiter duo millia milliarium. Dividitur inſula in octo regna: b habetqve lingvam propriam. Producit etiam varia aromata, qvalia in his noſtris partibus nunqvam viſa ſunt. Incolæ ejus idola colunt. Protenditur hæc inſula in tantum ad Auſtrum, ut polus arcticus c & ſtellæ] ejus minimè videri poſſent. Ego Marcus fui in hac provincia, luſtraviqve ſex ejus regna, nempe regnum Ferlech, Basman, d Samara, e Dragoiam, Lambri & f Fanſur. In aliis verò duobus non fui.

a Jana. b totidemque reges. c ſtella ſc. illa, quæ vulgariter dicitur Transmontana. d Samaria. e Dagoyam. f Fanſur.

CAP. XIV.

De regno Ferlech.

a HAbitatores regni Ferlech qvi montana occupant, nullam habent legem, ſed beſtialiter viventes, qvicqvid illis mane primo occurrit adorant, comeduntqve carnes omnium animalium mundorum & immundorum atqve carnes humanas. Qvi verò in maritimis habitant locis, Mahumeti ſunt addicti legi, qvam ex Saracenis negotiatoribus illuc devertentibus didicerunt.

a Capitis priora & poſteriora in MS. alternant.

CAP. XV.

De regno Baſman.

Habet

HAbet regnum Baſman lingvam propriam, vivuntque incolæ ejus beſtialiter. Agnoſcunt magnum Cham pro domino : ſed tributa ei non ſolvunt ; niſi qvod interdum illi mittunt munera de feris ſylveſtribus. Inveniuntur apud eos elephanti & unicornes in magna multitudine. Et ſunt unicornes paulo minores elephantis, pilum habentes bubali, & elephanti pedem. Habent caput ut aper, *a* & more porcorum libenter morantur in luto, *b* & aliis immunditiis.] In medio frontis geſtant cornu unum groſſum *c* & nigrum.] Lingvam habent ſpinoſam,& hac lædunt homines & animalia. Abundat quoque regio ipſa diverſis ſimiis,magnis & parvis, hominibus ſimillimis. Hos capiunt venatores,& totos depilant, niſi quod in barba & in loco ſecreto pilos relinqvunt, & occiſos ſpeciebus aromaticis condiunt, & poſtea deſiccant, venduntqve negotiatoribus, qui per diverſas *d* orbis] partes corpora illa deferentes, homines perſuadent, tales homunciones *e* in maris inſulis] reperiri. *f*

a quod ſemper incurvatum habet ad terram. b & eſt aliàs turpe valde. c def. MS. *d India. e in hoc regno. f Multi inveniuntur auſteres nigri, ut corvi, qui aves optimè capiunt.*

Cap. XVI.

De regno Samara.

IN regno Samara fui ego Marcus cum ſociis meis qvinqve menſibus non ſine magno tædio, tempus expectans navigationi aptum. Nam incolæ ejus beſtialiter viventes, carnibus humanis edendis ſunt asſueti. Quapropter conſortium eorum ſpernentes, caſtra lignea nobis haud longè à mari extruximus cum propugnaculis, in qvibus tuti esſemus contra incolas. In hoc regno *a* nec urſa minor,nec major,qvam vulgo Currum magnum

vocant, apparet. usque adeò inſula illa vergit in Auſtrum. Incolæ idola colunt. Sunt ibi optimi piſces, & in magna copia. Triticum verò illic non creſcit; ſed de riſo panes conficiunt. Vineas quoqve non habent; ſed potum ex arboribus hoc modo eliciunt. Sunt in ea inſula arbores multæ & parvæ, b habentes ſingulæ ramos c qvatuor:] quos certo anni tempore incidentes, colligunt ſtillantem liqvorem: qvi tam largiter ex inciſura profluit, ut per diem & noctem urceum plenum colligant ex uno ramo. Quo evacuato rurſum adhibent ramo urceum, & id tamdiu frequentant, donec ſtillicidium illud deſierit. Et hæc eſt vindemia eorum. Provocant quoqve arborem ad largiora fluenta per aquarum rigationes, qvas fundunt ad arboris radices, quando tardius cœperit emittere lacrymam. Sed is liqvor non eſt tam ſapidus, ut ille qui ſuapte fluit natura. d Mittit qvoqve hæc regio nuces Indicas in magna copia.

a *Non apparet polus arcticus, qui vulgo dicitur Transmontana. Urſæ majores apparent, quas vulgus nominat currum magnum.* b *quæ aſſimilantur palmis.* c def. MS. d *eſt tamen valde grati ſaporis, colorem habet album vel rubeum ad ſimilitudinem vini.* e MS. addit nonnulla de cibo.

CAP. XVII.

De regno a *Dragoiam.*

HAbet quoqve regnum Dragoiam homines ſylveſtres, qvi idola colunt, & lingvam atque regem proprium habent. Apud hos talis eſt conſuetudo: quando qvis graviter infirmatur, propinqui & conſangvinei ejus convocant b magos & incantatores, illosqve interrogant, an ægrotus ſit ſanitatem recuperaturus. Et illi c reſpondent id qvod dæmonum ſuggeſtione didicerint. Si dixerint infirmum non poſſe liberari, qvin illa ægritudine intereat, adſunt qui infirmo os concludunt, ne reſpirare poſſit: atque ſic occidunt priusqvam ab infirmitate extingva-

tingvatur, & carnes ejus incidunt, coqvunt atque devorant & id potiſſimum faciunt propinqui & conſangvinei infirmi ſimul congregati. Ajunt enim ſi carnes illius putreſcerent, converterentur in vermes, & illi tandem fame morerentur, de quo defuncti anima graviſſimas paſſura eſſet pœnas. Porrò oſſa in cavernis montium ſepeliunt, ne ab homine vel beſtia contingantur. Et qvando hominem extraneæ nationis capiunt, ſi ille ſe pecunia non poteſt redimere, occidunt eum, & comedunt.

a Dagoyam. b magnos. c magi.

Cap. XVIII.

De regno Lambri.

EST aliud regnum in memorata inſula, qvod Lambri vocatur: inquo multa creſcunt aromata. Præſertim habentur ibi birci in maxima copia: quos, poſteaqvam creverunt, transplantant, & tribus annis in terra dimittentes, iterum cum radicibus evellunt. De illis bircis ego Marcus qvosdam mecum *a* in Italiam] portavi, curaviq́ue ſeminandos: ſed deſtituti calidiori regione, non creverunt. Regni hujus *b* incolæ idololatræ ſunt. Inveniuntur etiam qvidam *c* in hoc regno, qvi caudas habent ut canes, longitudinis unius palmi: & hi in civitatibus non habitant, ſed in montibus. Habet quoque hæc terra unicornes, & alia multa atqve diverſa animalia.

a Venetias. b Rex &c. c antiqui homines.

Cap. XIX.

De regno Fanſur.

IN *a* regno Fanſur naſcitur optima camphora, quæ auro adæqvatur. Incolæ hujus regni panem de riſo faciunt: nam tritico carent. *b* Potum ex arboribus eliciunt, ut jam ſuprà diximus.

mus. *c* Sunt in regione iſta arbores quædam craſſæ, quæ habent corticem ſubtilem, ſub quo invenitur farina qvædam optima, ex qua delicata præparant cibaria, quæ aliquoties non ſine voluptate comedi. *d*

a Sexto illius inſulæ. b lacte abundant, quo veſcuntur utplurimum. c in regione Samara. d In aliis duobus regnis inſulæ non fui. Ideo de iis nihil amplius recitabo.

CAP. XX.

De inſula Necuram.

AB inſula *a* Java] numerantur per mare *b* centum quinqvaginta] milliaria ad duas inſulas *c* Necuram & Anganiam. Populus autem inſulæ Necuram valde beſtialiter vivit. Regem non habet. Tam viri quam fœminæ nudi incedunt, nulla corporis parte tecta. *d* Habent nemora plena arboribus *e* ſandalorum] rubeorum, nucum Indicarum & caryophyllorum. Habent qvoqve copiam *f* bircorum] & diverſorum aromatum.

a Java. b CXL. c Pecuram. Sic & deinceps. Sed in titulo capitis Necuram legitur. *d Et idololatræ ſunt. e Scandalorum. f burgiorum.*

CAP. XXI.

De inſula Angania.

INſula Angania magna eſt, & incolæ ejus beſtialiter viventes crudeliſſimi ſunt & ſylveſtres. Idola colunt: riſo, lacte, & carnibus vivunt. Carnem quoqve humanam non abominantur. Sunt homines deformes. nam habent caput qvaſi caninum, *a* & dentes] atque oculos canibus ſimiles. Eſt in ea inſula omnium aromatum mira copia. Sunt etiam ibi varii & diverſi arborum fructus. *b* *a* def. MS. *b* add. MS.

CAP

Cap. XXII.

De inſula magna Seilam.

A Memorata inſula verſus Garbinium, mille numerantur milliaria ad inſulam Seilam, qvæ una putatur de melioribus mundi inſulis, habens in gyro milliaria duo millia & quadraginta. Fuit tamen aliqvando major. nam ut fama in illis partibus eſt, comprehendit olim in circuitu tria millia & ſexcenta milliaria: ſed vento impetuoſo ab Aqvilone multis annis irruente, mare tam importunè illiſit ad litora, ut etiam temporis ſucceſſu montes ruerent in mare, & plurima terra indies ab eo abſorberetur. Habet inſula ditiſſimum regem, qvi nulli tributarius eſt. Incolæ idololatræ ſunt, & omnes nudi incedunt, niſi quod obſcœna loca panno quodam operiunt. Nullum habent bladum præter riſum, de qvo vivunt & de lacte. Habent copiam ſeminum *a* ſoſimæ,] de qvibus oleum faciunt. *b* Potum ex arboribus eliciunt juxta modum paulo ſuperius expreſſum.] Mittit hæc inſula multos lapides pretioſos, præſertim rubinos, ſapphiros, topaſios, *c* amethyſtos,] & alios nobiles lapides. Habet rex inſulæ rubinum, qvo pretioſior in orbe non putatur eſſe. Nam habet longitudinem unius palmi, & *d* craſſitudinem trium digitorum.] Rutilat ut ignis ardens, omni carens macula. Obtulit magnus Cham *e* inſignem civitatem qvandam] illi regi pro hoc lapide: verum recuſavit rex ſaltem ex eo nomine, qvod à prædeceſſoribus ſuis illum habuerit. Homines hujus inſulæ bello non ſunt aſſveti: ſed qvum belligerandum eſt, conducunt ſtipendiarios, præſertim Saracenos.

a Soſimam. b Birrios habent meliores mundi, qvi ibi creſcunt. Vinum etiam habent, de quo ſuprà dictum eſt, de regno Samara. c amatellos. d groſſitiem ad menſuram groſſitiei brachii hominis. e valorem unius civitatis.

CAP. XXIII.

De regno Maabar, quod eſt in India majori.

ULtra inſulam Seilam ſpatio ſexaginta milliarium, eſt provincia Maabar, quæ & India major appellatur, terra *a* continens,] non inſula. Sunt in ea quinqve reges, & eſt ditiſſima. In primo ejus regno nomine *b* Var, regnat *c* Senderba: inveniunturqve ibi margaritæ in maxima multitudine. Nam eſt ibi inter continentem & inſulam qvandam ſinus maris ferme vadoſus, qvippe qvi in aliqvibus locis profunditatem habet decem paſſuum, in qvibusdam *d* trium, & duorum: ubi leguntur margaritæ. Conveniunt illic multi mercatores, adducentes multas naves, magnas & parvas, & conducunt homines qvi in profundum maris ſe demittant, piſcenturqve marinas conchas, ex qvibus uniones colligantur. Porrò piſcatores illi, qvando aqvam amplius ferre neqveunt, enatant; & rurſus ſe præcipites dant in mare: quod per diem multis replicant vicibus. Sunt etiam in ſinu illo grandes piſces, qvi homines facile occiderent, niſi huic periculo ſuccurreretur in hunc modum. Conducuntur à negotiatoribus magi quidam, qvi *e* Abrajamim dicuntur, & hi incantationibus ſuis & diabolica arte conjurant piſces illos, ut neminem lædere poſſint. Nocte verò, quando à negotiatoribus margaritarum piſcatio intermittitur, relaxant magi conjurationem ſuam, ne fures noctu ſine periculo ſeſe in mare demittant & ſuſtollant conchas cum margaritis. Porrò præter incantatores Abrajamim nemo eſt qvi illius conjurationis ſciat verba. Et fit hæc unionum piſcatio non per totum annum, ſed duntaxat per *f* Aprilem & Majum:] verum in tantillo tempore colligitur immenſa margaritarum multitudo. Solvunt autem mercatores ex eis regi decimam partem. magis verò tribuunt vigeſimam partem, & piſcatoribus qvoqve commodam præbent mercedem. Cæterum

terum à medio Maji margaritæ non inveniuntur amplius in illo loco; ſed in alio qvodam, qvi trecentis milliaribus ab iſto diſtat: & ibi colliguntur per Septembrem *g* & Octobrem.] Incedunt incolæ hujus provinciæ ſemper nudi, niſi quod panniculo verenda contegunt. Rex qvoqve ipſe, ut alii, nudus incedit, deferens in collo torqvem auream, ſapphiris, ſmaragdis, rubinis, & aliis pretioſis lapidibus oneratam. Pendet qvoque in collo ejus chorda qvædam ſerica, cui innectuntur centum & qvatuor pretioſi lapides, margaritæ ſcilicet grandiuſculæ, *h* quæ eũ admoneant centum & qvatuor orationum, quas qvotidie in honorem deorum ſuorum mane & veſperi *i* obmurmurat. Geſtat qvoqve in utroqve brachio, & utroq; crure, tres aureos circulos, qvibus pretioſi incluſi ſunt lapides. Ornantur deniq; digiti manuum & pedum ejus lapillis qvibusdam pretioſiſſimis, auro etiam incluſis. Habet circiter *k* quingentas] uxores, & jam novisſimè uni ex fratribus ſuis abſtulit uxorem, fratre injuriam diſſimulante.

a firma enim eſt. b Vaar. c Scuderba. d XII, & alicubi ultrà. e Abramjam. f per totum menſem Aprilem usque ad medium menſis Maji. g usque ad medium menſis Octobris. h aut Rubini. i totidem. k quinque.

Cap. XXIV.

De regno a Var, & variis erroribus incolarum ejus.

SUnt habitatores regni Var omnes idololatræ, multiq; eorum adorant bovem, ut rem ſanctam, nec ullum occidunt. Qvum autem bos aliquis moritur, perungunt domos ſuas adipe ejus. Sunt tamen quidam inter eos, *b* qui, licet boves non occidant, tamen ab aliis occiſos comedant. Ajunt *c* in hac provincia divum occiſum Thomam Apoſtolum, corpusque illius adhuc in quadam conſervari eccleſia] Sunt in ea provincia multi magi, auguriis & divinationibus vacantes. Sunt etiam ibi mul-

ta

ta monaſteria, in qvibus idola coluntur: & his aliqui conſecrant filias ſuas, quas tamen domi conſervant, niſi quando idolorum ſacerdotes volunt ſua ſacra facere, tunc vocant puellas conſecratas, & cum illis in conſpectu idolorum choreas ducunt, atque magnos & inconditos reboant cantus. Portant etiam hæ puellæ cibos ſecum, quos in menſa ante idolum ponunt, & interim qvo cantant & tripudiant, putant deos comedere de appoſito cibo, & præſertim jus carnium profundunt illis, qvo potisſimum delectari ab illis putantur. His cæremoniis peractis, puellæ domum redeunt. Serviunt autem idolis in hunc modum, donec maritatæ fuerint. Servatur etiam in hac regione hæc conſvetudo, ut, qvando rex mortuus ad comburendum ducitur, multi ex militibus ejus qui cum eo vivi verſati ſunt, ſponte ad cadaver ejus in ignem ſe conjiciant, putantes in alia vita ſe ab eo nunquam diſſociandos. Idem faciunt uxores qvum mariti eorum defuncti comburuntur, ſperantes ſe uxores illorum futuras in alia vita. Et qvi id non faciunt, nullius penſi apud illos homines habentur. Eſt etiam alia deteſtabilis conſvetudo in hac regione, ut, cum qvis commerente iniqvitate ſuâ publico judicio condemnari debet, is pro magna gratia ducit, ſi impetret à rege ut ad honorem alicujus idoli ſeipſum jugulet. Nam ubi id ſibi à rege conceſſum fuerit, congregantur ad eum omnes conſangvinei ejus, & ad collum ejus decem aut duodecim acutos ponunt cultellos, ipſumqve in cathedra collocatum circumducunt per civitatem, alta voce clamantes: Iſte *d* homo pro illius aut illius dei honore ſeipſum occiſurus eſt. Et qvum ad locum ubi malefactores puniuntur perventum fuerit, arripiens manu ſua unum è cultellis, alta voce exclamat: Ego meipſum occido pro illius dei honore. Qvo dicto, vulnus ſibiipſi infligit: & accipiens aliud ferrum, confodit ſe etiam cum illo. Et tot qvidem vulneribus conſauciat corpus ſuum, donec tandem moriatur, pro qvolibet vulnere aliud & aliud ſumendo ferrum.

Con-

Conſangvinei verò ejus corpus illius cum magna lætitia combu-runt. Sunt etiam hujus regionis homines tam immundi, ut nullam luxuriæ ſpeciem putent eſſe peccatum.

a Vaar. b qui dicuntur Gorii. c hos eſſe de progenie eorum qui occiderunt divum Thomam Apoſtolum. Nullus enim ex iis ingredi poteſt Eccleſiam, ubi eſt corpus ejus. Decem enim homines intromittere non poſſent unum ex iis in illam Eccleſiam. d probus.

Cap. XXV.

De multis & variis conſuetudinibus regni Var.

Est conſuetudo in hac terra, ut tam rex, qvam cæteri homines in terra ſedere ſoleant. Et cum ob hoc ab aliis redarguuntur, reſpondere ſolent: De terra nati ſumus, & in terram convertendi, ideo terram honorare volumus. Non ſunt asſueti ad arma: & qvando ad bella procedunt, non induuntur veſtibus & armamentis, ſed ferunt ſecum ſcuta & lanceas. Nullum occidunt animal, ſed qvando volunt comedere carnes, ſatagunt ut per homines alterius nationis animalia mactentur. Tam viri qvam mulieres *a* corpora] ſua bis in die lavant. Et ſi qvis id intermitteret, pro *b* hæretico judicaretur. Homicidia & furta diſtricte judicant. Vini uſus apud eos interdictus eſt. Et ſi quis vinum bibiſſe deprehenſus fuerit, pro infami habetur, nec poteſt in judicio teſtimonium dicere. Similiter hi in judicio pro teſtimonio ferendo repelluntur, qvi in mari navibus ſe committere auſi fuerint. nam ajunt homines illos deſperati eſſe animi.

a Coria. b fanatico.

Cap. XXVI.

De aliis quibusdam conditionibus hujus terræ.

NOn producuntur in hoc regno eqvi; ſed rex *a* Var, aliiqve qvatuor reges provinciæ Maabar, annuatim ingentem vim pecuniæ expendunt pro eqvis. nam emunt ſingulis annis circiter decem millia eqvorum, qvi ex regionibus Curmos, Chiſi, Durſar, Ser & *b* Eden] à negotiatoribus adducuntur: unde maximum habent emolumentum. *c* Emuntur autem ſingulis annis alii & alii eqvi, qvia eqvi in ea regione diu vivere non poſſunt: *d* nec cuſtodes eorum ſciunt qvaliter illis ægrotantibus mederi debeant.] Et ſi qvando eqvæ apud eos pariant, habet fœtus aut retortos pedes, aut alium defectum, ut ad eqvitandum idoneus eſſe non poſſit. *e* Non creſcit ullum bladum in hac provincia præter riſum: *f* unde eqvis conveniens pabulum dari non poteſt, niſi qvod carnes coctæ cum riſo illis edendæ proponuntur. Eſt in hac terra maximus calor: ideo incolæ ejus nudi incedunt. Nec pluvia ibi deſcendit, niſi in Junio, Julio & Auguſto. Et ſi in his menſibus non plueret, unde aër refrigerari ſolet, nemo mortalium illic vivere poſſet ob intenſiſſimum calorem. Habet regio multiplices & varii generis aves, qvæ in partibus noſtris minimè inveniuntur. *g*

a Vaar. b Edem. c quia eqvum dant utplurimum pro pretio ſagiorum quingentorum argenti, qui ad valorem C marcarum aſcendit. d Illi autem mareſcallos equorum aut nullos, aut paucisſimos, habent, &, ne de regionibus aliis vadant illuc, per negotiatores quam poteſt præcavetur. Ipſi enim per ſeipſos curam equorum neſciunt habere. Aër autem ille equis valde contrarius eſt. e In hac provincia dantur equis in cibum carnes cocta cum rixo, & multa alia cocta eis miniſtrantur. f quia ibi eſt intenſisſimus calor. g ibi ſunt auſteri nigri, ut corvi, noſtris majores, qui aves optimè capiunt. Et ibi ſunt veſpertiliones grandes, ut auſteres.

CAP. XXVII.

De civitate, in qua corpus divi Thomæ Apoſtoli ſepultum eſt. a

In

IN provincia Maabar, qvæ eſt India major, ſervatur corpus beati Thomæ apoſtoli, qvi in illa provincia pro Chriſto paſſus eſt. Queſcit autem corpus ejus in civitate qvadam parva, ubi multi ſunt Chriſtiani & Saraceni, debito honore ſancti venerantes corpus. Pauci verò illuc contendunt mercatores, cum merces ferè nullæ ad eum perveniant locum. Incolæ regionis illius dicunt Apoſtolum Prophetam magnum fuiſſe, vocantqve eum *b* Avarijam, hoc eſt, ſanctum virum] Et Chriſtiani à longe venientes, & Sancti corpus viſitantes aſportant ſecum de terra illa in qva vir ſanctus occiſus dicitur, & de ea in potum *c* miſſa faciunt infirmos bibere, & credunt illos hinc melius habere, atqve à diverſis liberari infirmitatibus. Ajunt anno Domini *d* M. CC. LXXVII tale apud ejus tumbam factum miraculum: cum princeps terræ illius meſſem riſi haberet multam, & locus illi ſufficiens non eſſet ad recondendum riſum, uſurpavit ſibi domos & eccleſiam divi Thomæ, & in eas invitis cuſtodibus repoſuit riſum. Factum autem eſt ut parvo poſt tempore nocte qvadam Sanctus illi *e* appareret, & manu fuſcinulam ferream tenens, & ad guttur ejus applicans, minaretur illi exitium, dicens: Niſi domos meas, qvas temere occupaſti, citius evacuaveris, mala peribis morte. Et ille evigilans, ſtatim ut edoctus fuerat, eccleſiam Apoſtoli evacuavit. De qva viſione Chriſtiani lætificati, *f* Deo &] Sancto ſuo gratias egerunt *g*

a & de miraculis, quæ ibi fiunt ob merita ejus. b Avarnam, id eſt, hominem ſanctum. c aquam aut vinum. d M. CC. LXXXVIII. e bis. f def. MS. *g* add. MS.

Cap. XXVIII.

De idololatria paganorum illius regni.

OMnes habitatores provinciæ *a* Maabar] tam viri qvã mulieres nigri ſunt; ſed arte qvadam nigredinem illam corporibus illinunt, putantes eximiam nigredinem illis de-

cori eſſe. Ungunt enim parvulos ter in hebdomada oleo de ſoſima expreſſo, & ex hoc fiunt nigerrimi. Et qvo qvis nigrior inter eos fuerit, hoc pulchrior æſtimatur. Idololatræ etiam qvi inter eos ſunt deorum ſuorum imagines nigerrimas faciunt, dicentes, deos nigros eſſe, & omnes ſanctos. *b* Dæmonem] verò album pingunt, aſſerentes *c* dæmones] candidi eſſe coloris. Et cum hi qvi boves adorant, ad bella procedunt, deferunt ſecum pilos bovis ſylveſtris, eosqve ligant ad crines eqvorum ſuorum qvibus inſident: pedites verò ad ſcuta & crines ſuos pilos illos ligant, credentes ſe in bello tutos eſſe ab omni periculo. nam bovem ſylveſtrem magnæ ſanctitatis eſſe affirmant. *d*

a def. MS. *b* *Diabolum.* *c* *Diabolos.* *d* add. MS.

CAP. XXIX.

De regno Murſili, in quo adamantes inveniuntur.

ULtra regnum Maabar *a* per mille milliaria eſt regnum *b* Murſili, qvod nemini eſt tributarium. Habitatores ejus lacte, carnibus & riſo veſcuntur, atqve idola colunt.

In quibusdam hujus regni montibus inveniuntur adamantes. Nam cum pluit, egrediuntur homines ad rivos aqvarum, qvi de montibus deſcendunt, & in arena multos legunt adamantes. Æſtatis qvoque tempore aſcendunt montes cum magna difficultate propter ferventem calorem undique æſtuantem, periculo etiam magno ſeſe exponentes, propter magnos ſerpentes, qui ibi in maxima verſantur multitudine, & quærunt in vallibus montium atqve aliis declivis & retruſis locis adamantes, & quidem fit, ut illos nonnunqvam in magna reperiant copia: idqve in hunc modum. Morantur in montibus illis aqvilæ albæ, qvæ memoratis veſcuntur ſerpentibus: & homines qvi per montes diſcur-

diſcurrunt, & ſæpe ob prærupta ſaxa & præcipitia montium ad convalles pervenire non poſſunt, projiciunt in illas fruſta recentium carnium videntibus aqvilis: & hæc deinde ab aqvilis ſublata nonnullos habent adhærentes adamantes, quos homines hoc ingenio venantur. Advertunt quò avis ſublatam portet carnis portionem, & accurrentes abigunt aquilam, & lapillos carni adhærentes colligunt. Quod ſi aqvilæ in valle projectam comederint carnem, advertunt lapidum ſcrutatores locum, ubi aquila noctu dormit, & egeſta ſtercora diſcutientes eliciunt adamantes, ſi qvos cum carne devoravit. Reges & nobiles harum regionem emunt pulchriores adamantes pro ſe: reliqvos ſinunt in orbem per mercatores diſpergi. Abundat provincia ipſa victualibus: c & præſertim tanti ſunt in ea arietes, ut majores in mundo non inveniantur.]

a eundo per ventum, qui dicitur Tranſmontana. b Muthſili. c In hac regione ſit Bucuramus ſubtilior & pulcrior, qui in mundo ſit.

Cap. XXX.

De regno Laë.

Recedendo à provincia Maabar occidentem verſus, occurrit provincia Laë, in qva habitant a Abrajamim, qvi ſupra modum horrent mendacium: non ducunt niſi unam uxorem: raptum & furtum execrantur: vino & carnibus non utuntur, nullumqve occidunt animal. Idololatræ ſunt & b auguria] ſectantur. Quando quippiam emere volunt, umbram ſuam prius in ſole conſiderant, & tunc juxta errorem ſuum mercatum abſolvunt. Cibo modico utuntur, & magnas faciunt abſtinentias. Utuntur in cibo herba qvadam, qvæ plurimum digeſtionem juvat. Nunquam per phlebotomiam ſangvinem minuunt. Sunt inter eos idololatræ quidam, qvi pro honore idolo-

 rum

rum ſuorum religioſiſſimè vivunt. Nudi incedunt, nullam corporis tegentes partem, dicentes ſe minimè erubeſcere, quod ſine peccato ſint. *c* Boves] adorant, *d* & cum magna reverentia perungunt ſe ungvento, quod de osſibus bovinis contritis faciunt. Scutellis, dum comedunt, non utuntur, ſed cibos ſuper arida ponunt folia, decerpta ab arboribus, quæ poma paradiſi proferunt, aut ſuper alia folia arida. Super folia recentia non comedunt, nec virides herbas aut fructus comedunt. nam dicunt iſta omnia, cum virent, vivere, & animam habere: ideo nolunt ea occidere; ne ſcilicet grande committant peccatum, ſi ullam creaturam privarent vita ſua. Super nudam terram dormiunt, & cadavera defunctorum comburunt.

a Abrajani. b auguria. c bovem. Sic ſupra. *d* add. MS.

CAP. XXXI.

De regno a *Coilum.*

DUm diſceditur à regno Maabar ad aliam mundi plagam *b* per milliaria qvingenta, occurrit regnum Coilum, in qvo ſunt Chriſtiani multi, & Judæi, atqve pagani. Rex ejus nulli tributa pendit. Eſt qvoque in ea regione lingva propria: *c* & creſcit ibi piper in magna copia. Nam nemora & campeſtria arbuſtis ejus plena ſunt. Colligitur verò in Majo, Junio, Julio. *d* Creſcit etiam ibi herba quædam, unde fit color, qvo tinctores utuntur, vulgo Endici dictus: qvæ primum in vaſis aqua repletis humectatur, & deinde in ſole torrefacta in minutas dividitur partes, qualis ad nos deferri ſolet. Sunt in illa regione tanti calores, ut moleſtiſſimum ſit illic vivere. Flumina etiam adeò caleſcunt, ut ovum ad aqvam eorum poſitum citra magnam moram decoqvi poſſit. Fiunt mercimonia multa in hac regione, propter ingens lucrum quod negotiatores hinc conſeqvun-

qvuntur. Inveniuntur quoque ibi animalia multa, cunctis aliarum regionum animalibus diſſimilia. Nam inveniuntur illic leones nigri, *e* Pſittaci ſeu papagalli] albi cum pedibus & roſtris rubeis, *f* & gallinæ noſtris omnino disſimiles. *g* Hanc diverſitatem putant accidere propter nimium calorem, qui ibi exiſtit. Frumentum nullum ibi præter riſum creſcit. Potum loco vini faciunt ex ſaccaro. *h* Habet plurimos aſtrologos & medicos. Nudi omnes incedunt, viri & mulieres, obſcœnis locis panniculo opertis. *i* Vacant ſupra modum rebus Venereis. Aduſtione ſolaris caloris nigri fiunt & deformes; ſed quod illis elegans eſſe videtur.] Ducunt conſangvineas in tertio gradu uxores: ſimiliter novercam defuncto patre, & *k* janitricem fratre defuncto: *l* quod etiam per totam Indiam obſervatur.

a Coylum. b verſus Garbinium. c In hac regione creſcunt berci grandes & limini magni valde boni. d Arbuſcula tamen ex qua piper naſcitur, domeſtica eſt. e Papagalli ſeu Epimachi. f Sunt & ibi alii papagalli diverſarum manerierum pulcriores illis, qui circa mare ſunt apud nos. g omnia habet illa regio diſſimilia à regionibus aliis, aves, beſtias, & aromata. h de victualibus aliis eſt ibi copia maxima. i def. MS. *k defunctis fratribus ſuas conjuges relictas uxores. l* def. MS.

Cap. XXXII.

De provincia Comari.

COmari regio eſt in India, ubi Polus arcticus *a* videri poteſt: ab inſula verò Java usque ad regionem iſtam videri non poteſt, cum omnes intermediæ regiones ultra æquinoctialem ſint circulum. *b* Et regio iſta valde ſylveſtris, habetque animalia multa & disſimilia animalibus aliarum regionum, præſertim ſimias hominis effigiem exprimentes. Diſcurrunt quoque illic leones *c* & leopardi in magna copia.

a id eſt, ſtella quædam Transmontana. b add. MS. *c leontiæ.*

CAP. XXXIII.

De regno a Eli.

EUndo à provincia Comari verſus plagam occidentalem per trecenta milliaria, pervenitur ad regnum Eli: quod proprium habet regem & propriam linguam. Incolæ ejus idola colunt. Rex ditiſſimus eſt, habetque theſauros multos: ſed non eſt potens in populo; licet regio ipſa natura munita ſit. Eſt in ea magna copia piperis, zinziberis, & aliorum nobilium aromatum. Si quando navis aliqua onerata præter rectorum ejus intentionem ad illam provinciam appulerit, puta tempeſtate aut alia neceſſitate id cogente, habitatores ejus rapiunt quidquid in navi invenerint, gubernatoribusque ejus ajunt: Inſtituebatis ad aliam divertere provinciam cum mercibus veſtris, ſed Deus noſter & fortuna vos ad nos direxit, & idcirco accipimus quod Deus & fortuna nobis miſerunt. Sunt in hac regione multi leones & feræ agreſtes.

a Hely.

CAP. XXXIV.

De regno Melibar.

POſt regnum Eli pervenitur ad regnum Melibar, qvod in India majori eſt ad occidentalem plagam, & habet regem proprium nulli tributarium, atqve lingvam propriam. Incolæ ejus a idola colunt.] Inveniuntur in hoc regno, ſicut & in regno Gozurath illi propinqvo piratæ multi, qvi ſingulis annis cum centum navibus vagantur in mari, & capiunt transeuntes mercatores, atqve bona eorum prædantur. Ducunt ſecum uxores & filios, & tota æſtate verſantur in mari, præcludentes mercatoribus ſemitam, ut non facile evadere poſſint laqveos eorum. Nam cum viginti navibus occupant in transverſum centum milliari-

liarium ſpatium, quinqve milliarium ſpatio uni asſignato navi. Et qvum vident adventare navem aliqvam mercatorum bonis oneratam, ſignum faciunt cum fumo, proximiori id indicantes navi; & hæc rurſum navi tertiæ ſibi collaterali id ſignificat. unde fit ut fere in momento temporis omnium navium gubernatores ſciant adeſſe navim qvam diripiant. Concurrunt igitur tot naves quot neceſſariæ ſunt ad prædandam illam navem adventitiam. Et hominibus quidem captis nihil mali inferunt, ſed exponunt eos in litus maris, & rogant eos ut eant & alias adducant merces, tranſeantqve per terminos eorum. Eſt in hac regione mira abundantia piperis, zinziberis & c Indicarum nucum.]

a Simulacra adorant. In hoc regno videtur polus arcticus ſeu ſtella transmontana ſuper mare eſſe, per brachia duo. b Cozurach. *c cucurbitorum, & fit ibi pulcherrimus* Bucuramus. *De civitatibus horum regnorum non ſcribo, quia liber nimis protenderetur.*

Cap. XXXV.

De regno a *Gozurath.*

Eſt regno Melibar vicinum aliud regnum, qvod Gozurath vocatur, habetque regem & idioma proprium. Eſtque hoc regnum in India b minori] ad plagam occidentalem. Apparet in hoc regno polus arcticus c ſuper horizontem ſex brachiorum altitudine, hoc eſt, ſeptem vel octo gradibus cœleſtibus.] Sunt in hoc regno plurimi piratæ, qvi cum mercatores ceperint, cogunt eos bibere tamarindos cum aqva maris; & illico fluxum patiuntur ventris. Qvod ideo faciunt, qvia mercatores, qvando à longe vident adventare piratas, ſolent deglutire margaritas, & lapides pretioſiores, ne illis per piratas eripiantur: ſed illi horum aſtutiam non ignorantes cogunt eos illico egerere glutitos lapides. Eſt in hac regione copia endici piperis, & zinziberis. Sunt etiam ibi arbores, de qvibus d bombix] in magna colligitur copia. Hæc arbor creſcit ſex paſſibus in altum,

 & fru-

& fructum producit per viginti annos: deinde ad nihilum valet ultra Paratur etiam in hoc regno corium qvoddam nobiliſſimum & qvo vix melius inveniri poteſt.

a Guzurach. b majori. c ſupra mare ad altitudinem ſex brachiorum. d bambacium.

CAP. XXXVI.

De regnis a *Tana*, b *Cambaeth*, c *& aliis quibusdam.*]

A Prædicto regno itur per mare ad regna Tana, Cambaeth, Semenath, & Reſmacoram, ad occidentalem ſcilicet ſita plagam: in qvibus mercimonia multa fiunt. Unumqvodq; autem illorum regnorum habet regem & idioma proprium. *d* De his ſcribere multa non prævaleo: qvia ſunt in India majori: qvam intactam ferè relinqvam, niſi ubi maris litus contingit.]

a Caria. b Cambaech. c Semenach & Roſmacoram. d & ſunt in India majori. Non ſunt ibi alia quam quæ in noſtro libro judicavimus deſcribenda. De majori etiam India non ſcripſi, niſi de terra & regnis quæ mari adjacent, vel de inſulis quibusdam quæ in illo mari ſunt: quia terras deſcribere quæ in India ſunt intra terram, laborioſum eſſet valde, & adderetur libro noſtro nimia prolixitas.

CAP. XXXVII.

De duabus inſulis, in quibus viri & mulieres ſeparatim habitant.

ULtra regnum Reſmacoram per qvingenta milliaria verſus meridiem, in alto mari ſunt duæ inſulæ triginta milliaribus à ſe invicem diſtantes, in qvarum una morantur viri ſine mulieribus, vocaturqve *a* inſula maſculina: & in alia fœminæ ſine viris, & hæc qvoqve vocatur inſula fœminina. Sunt autem Chriſtiani, & habent inter ſe matrimonia. Mulieres nunqvam

qvam veniunt ad inſulam virorum, ſed viri viſitant mulieres, moranturqve cum illis tribus continuis *b* menſibus; unusqvisqve ſcilicet cum uxore ſua in domo propria: poſthæc revertuntur ad inſulam ſuam, ubi per reſiduum anni tempus manent. Et retinent mulieres filios maſculos ſecum usque ad decimum qvartum annum: poſtea mittunt eos ad patres. Mulieres aliud nihil agunt, niſi quod curam habent filiorum, & fructus qvosdam legunt. Viri verò laborant, & curam habent, quomodo uxores & filios nutriant. Vacant piſcationibus, & infinitos capiunt piſces, qvos recentes & deſiccatos vendunt negotiatoribus, & hinc multum habent lucri. Veſcuntur lacte, carnibus, piſcibus, & riſo. *c* Abundat mare illud cetis & magnis piſcibus.] Viri regem non habent, ſed epiſcopum ſuum dominum agnoſcunt, ſubjecti archiepiſcopo de *d* Scoira.

a Lingua illorum. b diebus aut. c In hoc mari eſt Ambri copia magna: quia ibi multa cete grandia capiuntur. d Scoria. Et habent proprium idioma.

Cap. XXXVIII.
De inſula à Scoira.

PRocedendo ulterius verſus meridiem per quingenta milliaria, occurrit alia inſula Scoira nomine: cujus incolæ Chriſtiani ſunt, & habent archiepiſcopum. *a* Exercentur in ea inſula multa mercimonia nam abundat bombyce & piſcibus. Præter riſum aliud non habent frumentum. Omnes nudi incedunt, & vivunt lacte, carnibus & piſcibus. Deferuntur à piratis multa bona ad hanc inſulam, qvæ rapta illic vendunt. Illi autem ſcientes non Chriſtianis, ſed Saracenis & idololatris illa ablata, libenter ea emunt. Sunt in hac inſula inter Chriſtianos multi incantatores, qui pro libito ſuo naves in mari revocare poſſunt ut volunt: etiam ſi proſpero navis vehatur vento, illi arte ſua diabolica poſſunt contrarium excitare ventum, qvi navem etiam invitam reducat. *a Scoria. b In hac inſula eſt magna Ambri copia, & fiunt ibi de Bambacio panni pulcherrimi.*

CAP. XXXIX.

De magna inſula a Madaigaſcar.

RECedendo ab inſula Scoira & verſus meridiem per mille navigando milliaria, pervenitur ad Madaigaſcar, quæ inter majores & ditiores mundi computatur inſulas. Continere dicitur in gyro quatuor millia milliarium. Habitatores ejus *b* Mahumetani] ſunt, nullum habentes regem, ſed quatuor Senioribus per totam inſulam parent. Producit hæc inſula plurimos elephantos, ut nulla in orbe ſit regio qvæ plures illa habeat. Eſt in ea & alia inſula, qvæ *c* Cuzibet vocatur, magna eboris nundinatio. Nam in toto orbe non putatur eſſe major elephantinorum dentium copia, qvam in his duabus inſulis. Non comeduntur in hac inſula aliæ qvàm Camelorum carnes, qvum illæ ſaniores incolis ſint. Eſt autem illorum animalium maxima & penè infinita multitudo in hac inſula. Sunt præterea in hac inſula multa nemora *d* ſandalorum] rubeorum, qvorum gratia multæ ibi fiunt mercantiæ. In mari verò *e* cete grandia capiuntur, ex qvibus ambrum colligitur. Sunt ibi leones, leopardi, *f* cervi, damulæ & *g* capreæ] multæ, aliarumqve beſtiarum & avium multiplex venatio. Inveniuntur denique ibi variæ ſpecies avium, qvæ in terris noſtris nunqvam viſæ ſunt: Confluunt paſſim ad hanc inſulam multi mercatores, facillimèqve illuc navigare poſſunt propter maris fluxum. *h* nam à provincia Maabar venitur viginti diebus ad hanc inſulam Madaigaſcar, juvante navem fluxu maris: ſed difficillimè reverti poſſunt, qvum vix in tribus *i* menſibus] adverſum fluxum ſuperare poſſint. Nam tota vi mare in meridiem fertur. *k*

a Madeigaſcar. b Saraceni. c Canzibar. d ſcandalorum. e Capadola & f leontia. g capra. h Ad alias autem inſulas ultra meridiem ad iſtam rarus eſt curſus navium, niſi ad inſulam Camzibar propter fluxum velociſſimum aquæ maris. i deficit MS. *k & nunquam ad partem aliam retrorſum revertitur fluxus ille.*

CAP.

Cap. XL.

De maxima ave Ruc.]

SUnt & aliæ inſulæ ultra Madaigascar verſus Meridiem, ſed qvæ difficillimè adiri poſſunt, propter velocisſimum maris curſum. Et in illis certo anni tempore apparet mirabilis ſpecies avis, qvæ Ruc appellatur, aquilæ qvidem habens effigiem, ſed immenſæ eſt magnitudinis. Ajunt qvi illas viderunt aves, plerasqve alarum pennas in longitudine continere duodecim paſſus; ſpisſitudinem verò ejus proportionem tenere longitudinis, & totum avis corpus pennis in proportione reſpondere: avis verò ipſa tantæ fortitudinis, ut ſola ſine aliquo adminiculo elephantem capiat, & *b* in ſublime] ſuſtollat, atqve rurſum ad terram cadere ſinat, qvò *c* carnibus ejus veſci poſſit. Ego Marcus cum primum hæc de illa ave audiſſem, putabam eſſe *d* gryphonem, qvi inter qvadrupedia dicitur eſſe pennatus, leoni ex omni parte ſimilis, niſi qvod faciem aqvilæ habet ſimilem:] ſed hi qvi aves illas viderant, conſtanter aſſerebant, *e* nihil illis commune eſſe cum ulla beſtia,] & quod duobus, ut reliqvæ aves, incederent pedibus. Habebat meo tempore magnus Cham Cublai nuncium qvendam, qvi in inſulis iis tamdiu captus tenebatur, donec incolis earum ſatisfactum eſſet: & hic poſtliminio domum revertens mira retulit de conditione illarum regionum, & de variis animalium ſpeciebus, qvæ illic inveniuntur. *f*

a avibus maximis, quæ dicuntur Ruc. b in altum aërem. c confringatur. d gryphes, de quibus dicitur, quod partim avium, & partim beſtiarum ſimilitudinem habeant. e non habere ſimilitudinem beſtiæ in aliqua parte. f ibi apros eſſe magnos, & bubalos, & quod ibi eſſent giraffæ in magna copia, & animalia multa, quorum ſpecies non habemus.

Cap. XLI.

De inſula a Zanzibar.

INvenitur etiam illic alia inſula qvædam, quæ in gyro continet duo millia milliarium, habens regem proprium & linguam ſingularem. Incolæ verò ejus idola colunt. Sunt homines illi corpore groſſo, ſed brevi. Et ſi ſtaturæ longitudo corpulentiæ reſponderet, gigantes videri poſſent. Sunt fortisſimi, ut etiam unus tantum ferre poſſit onus, quantum alii vix quatuor. *b* Comedit etiam unus tantum cibum, qui quinqve noſtratibus ſufficere poſſet.] Sunt omnes nigri, & nudi incedunt, verenda duntaxat tegentes. Capillorum tam denſam habent criſpitudinem, ut cum aqua deliniti vix extendi in longum queant. Os eſt illis magnum, & nares ſurſum patentes. Aures quoqve habent grandes, & oculos horribiles. Mulieres etiam ob oculos prominentes, os magnum, & nares groſſas, admodum deformes ſunt. *c* Vivunt lacte, carnibus, riſo & dactylis. Carent vino; ſed conficiunt potum optimum ex riſo, ſaccharo, & aliis ſpeciebus. Veniunt illuc multi mercatores propter ebur & ambrum. Nam ſunt ibi plurimi elephanti & cete grandia. Viri hujus inſulæ fortes & bellicoſi ſunt. Et licet non habeant equos, tamen cum elephantis & camelis ad bella procedunt, exſtruentes caſtella lignea ſuper elephantos: qvæ tanta ſunt, ut *d* quindecim] vel viginti viri muniti ex uno pugnent portatili caſtro. Pugnant autem cum lanceis, gladiis & lapidibus: & ſunt hujusmodi caſtra aſſeribus cooperta. Porrò qvando ad bellum procedere volunt, exhibent potum elephantis, quem ipſi pro vino in terram bibunt, qvo audaciores ſint in bello. Abundat illa inſula leonibus, leopardis *e* & aliis variis beſtiis ſylveſtribus, quæ in aliis regionibus non inveniuntur. *f* Habet præterea ſpeciem animalis, qvod graſſa vocatur: habent collum longiſſimum, paſſuum ſcilicet trium, cujus anteriora crura multo longiora ſunt poſterioribus. Caput ejus eſt parvum, & color varius, albus ſcilicet & rubeus cum roſeis punctis per corpus diſperſis. Eſt autem animal manſuetum, neminem lædens. *a Zamzibar. b unus autem ex illis* (relicto ſpatio.) *c Manus verò habent in quintuplo quam aliarū gentium mulieres. d XVI. e leontiis. f Ibi ſunt verveces albi, caput magnū habentes.*

CAP.

Cap. XLII.

De multitudine inſularum Indiæ.

SUnt præter memoratas inſulas etiam plurimæ aliæ inſulæ in partibus Indiæ, prioribus quidem ut principalioribus ſubjectæ: qvarum numerus ob multitudinem earum certò haberi neqvit. Et qvidem, *a* ſi nautis credimus, & his qui diu ſulcaverunt maria,] eſt numerus earum duodecim millia & ſeptingentæ, computando tam habitatas, quam non habitatas.

a aſſerunt marinarii & pedota magni regionum illarum. Et ſic habetur ex ſcriptura & numero compaſſium maris Indici.

Cap. XLIII.

De provincia a *Abaſiæ.*

DEſcripſimus hactenus obiter inſulas & regiones Indiæ utriusqve, majoris ſcilicet & minoris. Major incipit à provincia Maabar, & terminatur ad regnum *b* Reſcomoram:] minor verò incipit à regno *c* Ciamba, & terminatur ad regnum *d* Murfili. Nunc breviter attingemus Indiam intermediam, qvæ propriè Abaſia appellatur. Igitur Abaſia eſt regio maxima in ſeptem diviſa regna, qvibus ſingulis ſinguli præſunt reges. Et hi omnes ſunt Chriſtiani, præter tres Saracenos. Chriſtiani *e* crucem auream] in fronte geſtant, quod eis in baptiſmo imprimitur. Saraceni verò habent ſignum à fronte usqve ad medium naſi. Sunt etiam illic multi Judæi, qvi ignito ferro in utraque *f* maxilla] ſignati ſunt. *g* Contingit hanc regionem alia qvædam provincia Aden dicta,] in qva beatus Thomas Chriſti fidem docuiſſe dicitur, & multos ad eandem convertiſſe. Poſtea tranſtulit ſe ad regem Maabar, in qvo pro Chriſto mortem obiit. *h*

a Abaſcia. Sic ſemper. *b Reſmacoram. c Cyamba. d Mutſili. e ſignum aureum in crucis modum. f mamilla. g Rex autem major in utraque provincia habitat. Saraceni autem in extimis regnis provincia habitant, verſus provinciam Aden. h & ibi corpus ejus ſanctiſſimum requieſcit. In hac provincia Chriſtiani boni milites ſunt, & probi &c.*

Cap.

CAP. XLIV.

De quodam violenter à Sultano circumciſo.

ANno à Chriſto nato M. CC. LVIII. rex unus, & qui principalior erat in regnis Abaſiæ, devotione motus voluit Hieroſolymam viſitare, atque ſepulcrum domini. Et qvum id b conſiliariis atque aulicis] ſuis indicaſſet, illi omnino disſuadent propoſitum arripere iter, ſcientes plurima in itinere eſſe diſcrimina, præſertim qvum illi per multas Saracenorum terras ambulandum eſſet; ſed, ut epiſcopum aliquem ſui loco mitteret, conſulunt, qui adeundo terram ſanctam munus perferret in Hieruſalem. Acquieſcit rex ſano conſilio, mittitque epiſcopum cum regia oblatione. Veniens autem epiſcopus in regionem Aden, quam Saraceni inhabitabant, & Chriſtianos implacabili perſequebantur odio, comprehenſus à Saracenis, ad regem Aden ducitur. Rex verò cum ex eo didiciſſet, quòd nuncius eſſet regis Abaſiæ miſſus ad terram ſanctam, minis nititur cogere hominem, ut abnegato Chriſti nomine Mahumeti ſuſcipiat legem. Epiſcopus verò conſtanti animo in Chriſti perſeverans fide, reſpondet ſe potius mortem ſubiturum quam deſerto Chriſto Mahumeto nomen dare. Tunc Sultanus ille jubet epiſcopum in injuriam Chriſti & deſpectum regis Abaſiæ circumcidi, & circumciſum iterum mittit ad regem Abaſiæ. Qvo cognito Rex Abaſiæ, volens Chriſti ulciſci injuriam, coacto in unum magno exercitu cum peditibus eqvitibus & elephantis caſtella gerentibus, movet expeditionem contra regem Aden. At Sultanus convocatis aliis duobus regibus, cum valido exercitu properat in occurſum regis Abaſiæ, commiſſoqve prælio plurimi de exercitu Aden interficiuntur, & evadit rex Abaſiæ victor. Et intrans cum exercitu ſuo in interiora regni Aden cœpit devaſtare regionem & occidere Saracenos, qui conglobati illi reſiſtere conabantur, ſed in caſſum: manſitque

per

per integrum menſem in regno illo, & illatis plurimis damnis, victor cum magno honore domum rediit, gaudens impii Sultani ultam perfidiam.

a M. CC. LXXXVIII. b baronibus.

Cap. XLV.

Quam diverſæ beſtiæ inveniantur in provincia Abaſiæ.

VIvunt habitatores Abaſiæ carne, lacte & riſo: oleo verò utuntur de ſoſima facto. Habet regio ipſa multas civitates & oppida, in qvibus plurimæ fiunt negotiationes. Invenitur ibi *a* buchiramus] optimus, & *b* bombicini] panni in magna copia. Habent qvoqve Abaſini plurimos elephantes, ſed qvi ibi non naſcuntur, verum ab aliis regionibus & inſulis *c* importantur. Giraffæ autem, leones, leopardi, *d* onagri, & diverſæ avium ſpecies, qvæ alibi non viſuntur, in magna ibi naſcuntur abundantia. Habet præterea regio illa gallinas pulcherrimas, & *e* ſtruthiones grandes, aſinis haud minores,] aliarumqve beſtiarum & avium multiplicem venationem. Habet pſittacos, & epimachos pulcherrimos. *f* Habet deniqve cattos diverſarum ſpecierum,] qvorum aliqvi humanam in facie exprimunt effigiem.

a Bucuramus. b bambacini. c India. d leontia. e canes grandes, ut aſini. f ibi ſunt Gattipauli & Gattimaymones.

Cap. XLVI.

De provincia Aden.

HAbet provincia Aden regem proprium, quem *a* Sultanum] vocant, habens ſub ſe Saracenos, qui ſupra modum exoſos habent Chriſtianos. Habet autem regio ipſa multas civitates & caſtra, & præſertim habet portum optimum, ad quem ex India plurimæ appellunt naves aromata deferen-

ferentes. Et negotiatores quidem Alexandrini illic ementes aromata, ponunt ea in naves parvas, atque ſeptem diebus per flumen quoddam ducentes, poſtea humeris camelorum imponunt, & triginta dierum itinere per terram usqve ad fluvium *b* Ægypti] deportant, & rurſus in naves exonerantes tandem usque ad Alexandriam perducunt. Nec poteſt compendioſior haberi via ab orientis partibus usque Alexandriam. Negotiatores verò illi ducunt ſecum plurimos equos, qvando nundinandi gratia in Indiam concedunt. Exigit autem rex Aden ab illis mercatoribus qui per regionem ſuam aromata & alias merces ducunt, vectigal maximum: unde plurimum diteſcit. Qvum Sultanus Babyloniæ obſideret civitatem Aconenſem, & eam expugnaret, *c* anno ſcilicet Domini M. CC.] miſit Sultanus Aden in auxilium ejus *d* triginta millia equitum, & qvadraginta millia camelorum,] non quòd usqve adeò illius cuperet augeri felicitatem, ſed quòd omnes maluit extinctos Chriſtianos. A portu Aden eundo verſus ſeptentrionem ſita eſt civitas *e* Escier,] qvadraginta diſtans milliaribus ab illo portu: & habet ſub ſe multas alias civitates & caſtra, ſed quæ omnia ſunt de dominio regis Aden. Eſt qvoque juxta hanc civitatem optimus portus, à qvo innumeri equi ducuntur in Indiam. Abundat hæc regio thure albo atq; optimo, quod de parvis arboribus, abietibus tamen ſimilibus ſtillat. Incolæ *f* crebris inciſionibus perforant harum arborum cortices, ut thus extrahant: tametſi calor quoque qvi ibi maximus eſt, plurimũ eliciat liqvoris. Habet qvoque regio ipſa palmas cum dactylis: ſed præter modicum riſum nullum producit frumentum, verum aliunde importandum eſt. Abundat autem piſcibus optimis, præſertim *g* tunnis, qui ibi optimi habentur. Vinum non habent, ſed ex dactylis, riſo & ſaccaro optimum faciunt potum. Verveces qvi in hac regione inveniuntur, ſunt ſtatura parvi, auribus omnino carentes; ſed loco earum cornua parva habent. Eqvi, boves, cameli atqve oves veſcuntur piſcibus, qvi

qui qvotidianus illorum ſunt cibus, qvum illic ob immenſum calorem herbæ & frumenta ex terra haberi non poſſint. Fit autem tribus anni menſibus piſcium captura, ſcilicet Martio, Aprili & Majo: tantusqve illorum capitur numerus, ut non facile explicari poſſit. Hos piſces ſiccant, & ſervant, atqve per totum annum animalibus edendos pabuli loco proponunt. Veſcuntur autem animalia libentius deſiccatis piſcibus, qvam recentibus. Fiunt etiam ab incolis panes bis cocti ex piſcibus, idqve in hunc modum. Concidunt piſces minutatim, atqve contundunt in modum farinæ, & poſtea commiſcent, & ſubagitant quaſi paſtum panis, atqve ad ſolem deſiccari faciunt: & vivunt ipſi & jumenta ipſorum de illis panibus factitiis per totum annum.

a Soldanum. b Alexandriæ. c def. MS. d MII camelorum. e Eſyer. f Saraceni ſunt &c. g Tanni magni, quos Toninas vulgariter nominamus.

CAP. XLVII.

De regione quadam in qua Tartari habitant.

SCripſi hactenus *a* de regionibus orientalibus ad meridiem expoſitis:] nunc qvasdam in ſeptentrionali plaga poſitas, qvæ ſupra in primo libro ſunt o[illegible]ſſæ, breviter attingam, & quæ de illis didici, annotabo. Igitur *b* in interioribus aquilonis partibus multi habitant Tartari, quorum rex eſt de progenie imperatoris Tartarorum: & ſervant ritus & mores antiquorum Tartarorum. Sunt omnes idololatræ, coluntque unum Deum, quem *c* Natigai appellant, putantes illũ terræ habere dominium, & omnium eorum quæ ex ea producuntur. Sonat enim Natigai in lingua eorum Deum terræ. In honorem illius Dei multa faciunt ſimulacra & imagines Non habitant in civitatibus, vel oppidis, ſed in montibus & campeſtribus regionis illius: ſuntque in maximo numero, frumento carentes, & lacte

 atque

atque carnibus viventes. Eſt magna pax & concordia inter illos, parique voto ſuo obediunt regi. Habent equorum, camelorum, boum, ovium, & aliorum pecorum ferè infinitum numerum. Sunt etiam apud eos urſi *d* maximi atque vulpes inſignes.] Sed & onagri in magna illic inveniuntur multitudine. Inter parva verò animalia eſt quædam ſpecies apud illos, quæ *f* delicatiſſimas ſuppeditat pelles, quas vulgo *g* zebellinas] vocant. *h* Sunt quoque alia quamplurima ſylveſtria animalia ibi, de quibus multam percipiunt carnem ad comedendum.

a de India & quibusdam Æthiopia regionibus. b ultra polum Arcticum. c Natigay. d albi in multitudine magna valde, longitudinis utplurimum XX palmorum. e nigra totaliter & magna valde. f Rondes dicuntur. g zambellina. h Ibi etiam ſunt animalia magna valde, qua dicuntur. Ratti Pharaonis, de quibus capiunt æſtatis tempore in copia tanta, ut vix ipſo tempore carnibus aliis utantur.

CAP. XLVIII.

De regione alia ad quam propter lutum & glaciem difficilis patet acceſſus.

SUnt etiam regiones aliæ in hac ſeptentrionali plaga, ſed priore adhuc interiores: quarum una eſt montoſa, varia producens animantia, ut ſunt rhondes, armelini, *a* erculini varij, vulpes nigræ, & alia quædam, quæ hominibus illis leniſſimas præbent pelles, & ad noſtras per mercatores deferuntur regiones. Equi verò, boves, aſini, cameli & alia quæcunque corpulenta animalia, ad illa loca accedere nequeunt: usque adeò eſt regio illa paludinoſa & ſtagnis plena, niſi in medio hiemis, quando omnia frigore rigent & conſtricta ſunt dura glacie. Cæteris verò temporibus, tametſi multa illic ſit glacies & magnum frigus, non eſt tamen glacies illa tam ſolida ut currus & jumenta ponderoſa ferre poſſit: quin imò homines ipſi cum magna difficul-

difficultate poſſunt pertranſire terram illam: usque adeo ſtagnantur omnia loca aquis & paludibus. Patet regio hæc verſus ſeptentrionem itinere tredecim dierum, in qua ſupra modum abundant animantia ea quæ memoratas pretioſas ſuppeditant pelles, unde incolæ multa aſſequuntur lucra. Nam accedunt eos mercatores, & abducunt pelles illas in magna copia. Introducuntur autem in regionem ipſam hoc modo: Habent canes maximos aſinorum inſtar, qui *b* rhedis] trahendis ſunt aſſveti. Carent autem vehicula illa rotis, facta de lignis levibus & planis, ut duo homines in uno ſedere & vehi poſſint, nec facile in luto mergantur propter latitudinem ejus. Igitur quando mercator aliquis venit, imponitur vehiculo, & ligantur ordine quodam ſex canes ad vehiculum illud trahendum, & quocunque à ductore, qui cum mercatore in rheda ſedet, diriguntur, illuc trahunt rhedam, transeuntes per lutum & aquam. Nec posſunt ultra unius diei ſpatium laborem illum ſuſtinere: ſed transacto die alii ad rhedam ligantur canes, qvum pagi multi paſſim in regione illa inveniantur, & illic canes in hoc officio nutriantur. Per hunc itaque modum poteſt mercator ad interiora illius pervenire regionis. Non autem ponuntur magna onera ſupra rhedas, qvum canes præter mercatorem, aurigam & pellium faſcem nihil ferè aliud trahere poſſint Fit igitur ut negotiator quolibet die mutet vehiculum, canes & aurigam, donec perveniat ad montes, ubi emat pelles.

a bemiti, varri. b trabis.

Cap. XLIX.

De regione tenebrarum.

EST adhuc alia regio, prioribus regionibus multo verſus aquilonem interior, quippe quæ extremum ſeptentrionis occupat locum, quam obſcuritatem appellant, eò quod

 multo

multo per annum tempore ibi ſol non appareat, & tunc nedum noctu ibi tenebræ ſint, verum & interdiu aër in modum crepusculi caliginoſus ſit: cujus regionis homines pulchri ſunt, magni & corpulenti, ſed pallidi. Regem non habent, nec principem cui pareant; ſed in morem beſtiarum viventes, quod libet faciunt, nec mores nec civilitatem ullam curantes. Tartari verò qui illis hominibus ſunt confines, ſæpe regionem illam obſcuram ingredientes, rapiunt animalia illorum, & quicquid inveniunt, aliaque multa inferunt damna. Et quoniam propter ſubito irruituram noctem periculum direptoribus imminet, ut illud evadant, hac utuntur cautela. Quando regionem ipſam prædam abducturi intrare diſponunt, accipiunt ſecum equas pullos habentes, illosque in ingreſſu regionis cuſtodibus committunt, ut illic expectent, donec ipſi cum præda revertantur, ut quum illis noctu ſit regrediendum, equæ nocturni obſervatrices itineris rectà ad pullos ſuos contendant, omni vitato diſcrimine. Laxant enim noctu equabus habenas, illasque liberè, quò ſuo inſtinctu feruntur, ire permittunt. Et hæ naturali ad filios tracti affectu ducunt ſeſſores ſuos ad priſtinum locum, quem ipſi in tenebris minimè invenire potuiſſent. Habent etiam hujus regionis incolæ varia animantia, *a* de quibus pretioſas abſtrahunt pelles, *b* & ad alias deferentes regiones magna hinc reportant lucra.

a ermilinos, varros, herculinos, vulpes et alia animalia. b ad lucis terras finitimas deferunt, ubi de eis faciunt lucra magna.

CAP. L.

De provincia a *Ruchenorum*

INhabitant Rucheni provinciam maximam, quæ ferè uſq; ad polum arcticum excurrit: et ſunt Chriſtiani, Græcorum ritum in eccleſiaſticis ſervantes officijs. Sunt albi & pulchri, tam viri

qvam

qvam mulieres, flavos habentes capillos. Tributa pendunt Tartarorum regi, cui ad orientalem plagam confines ſunt. Eſt etiam apud eos ingens copia pretioſarum pellium. [b] Habent qvoqve mineras multas argenti. Regio verò ipſa eſt frigidiſſima, qvippe qvæ ad mare protenditur [c] congelatum.] Sunt tamen in eo mari inſulæ qvædam, in qvibus griſalchi, herodij ſeu falcones in maxima inveniuntur copia, & inde ad diverſas mundi partes deferuntur.

a Rutenorum. b armelinorum, herculinorum, varrorum, zambellinorum & vulpium. c Oceanum.

INDEX PRIMUS
HISTORICUS,
Sive,
ALPHABETICA RECENSIO
omnium eorum,
Quæ Autor paſſim obſervavit,
atque aliàs memoranda reliquit.

NOT.

1. Quæ *Curſivo*, quem vocant, *charactere* ſub quôque titulo deſcripta ſunt, ea alibi in hoc ipsô Indice, ſub ſuis nempe literis, adhuc quærenda ſunt.
2. MS. ſignificat *Manuſcriptum* illumCodicem, qui eſt altera ac planè alia librorum Veneti Verſio Latina.
3. *Numerus Romanus* libros; *Barbaricus* capita denotat.

A.

ABASIA. MS. *Abaſcia.* *India* eſt intermedia. Vicina *Adeni.* Septem regnorum, totidemque Regum. III. 43. Abundat *Buchiramo* optimo. III. 45. *Cattis*, humanam ſpeciem mentientibus. *Canibus*, aſinos ferè æquantibus. III. 43. *Elephantis* turrigeris, ſed haud indigenis. III. 44. *Epimachis. Gallinis* inſignibus. *Giraffis, Leonibus, Leontiis, Leopardis*, III. 43. *Oleo ſeſamino*, III. 45. *Onagris*, III. 43. *Pannis bombycinis.* III. 45. *Pſittacis*, *Struthionibus*, *Volucribus* variis. III. 43. Incolæ *carne, lacte, riſo* vivunt III. 45. & partim *Chriſtiani*, partim *Saraceni* ſunt. Chriſtiani quatuor occupant regna: Saraceni tria; *Judæi* diſperſi hac illac. Chriſtiani *cruce aurea* in Baptiſmo ad frontem ſignati ſunt; Saraceni *frontali*; Judæi *ſtigmate* per utramq; maxillam. III. 43. Regis Abaſiani, & Epiſcopi Hieroſlyma ab ipſo miſſi, ſed violenter in itinere *circumciſi* Hiſtoriam vid. *cap.* 44.

ABASCIA. v. *Abaſia.*

ABATAM, v. *Abatan.*

ABATAN. MS. *Abatam*. Dux bellicus Cublæ, quem cum Nanſocho ad occupandam Zipangrin miſerat. III. 3.

ABIETES. Indicæ, navesq; abiegnæ. III. 1.

ABRAJAMIM. MS. *Abrajam*. Magi Maabarici, qui præter alia etiam *piſces* conjurabant, quos *Unionum* piſcatoribus noxæ eſſe compertum erat. III. 23. Reperti ſunt ejusdem nominis *Idololatræ* in regno *Laë*. Hi verò abſtinent carnibus, cœde animantium, vino. Adorant bovem: auguriis dediti ſunt. cadavera defunctorum comburunt. cibus modicus. dormiunt ſuper nudam terram. furta execrantur & rapinas. Herbas virentes vivere dicunt. Ideoque non decerpendas citrà ingens cœdis crimen. *Herbâ* tamen quâdam ſeſe medicantur, vel ſtomachum adjuvant. Idolololatræ ſunt. mendacium horrent ſuprà modum. nudi omninò incedunt. Scutellis comedentes non utuntur, ſed aridis foliis ex arbore Paradiſi. Venæſectionem neglectui habent & nauci faciunt. ex umbra divinant de Emendi ſucceſſu. Ungunt ſe unguento ex osſibus bovinis. Uxorem non niſi unam ducunt. III. 30.

ACATA. Prorex Indicus. *I. 10.*

ACCIPITRES. Venatici. *II. 19. 20.*

ACHALECHMANGI. Provincia eſt, ad occidentem terræ *Chunchi*. Metropolis ejusdem nominis. Confinis regno *Mangi*. patet itinere viginti dierum. abundat, *agris*, *animalibus muſchi*, *civitatibus*, *riſo*, *tritico*, *zingibere*. *II. 34.*

ACON. à Sultano Babylonio capta. *III. 46.*

ACUBUS. Draconum, leonum, aliasque imagines faciei, reliquoque ferè corpori toti inſculpunt *Cangiguenſes*. *II. 46.*

ACUPICTORES. Crermanenſes. *I. 21.* Perſæ. *I. 19.*

ADAMANTES. colliguntur præcipuè in regnis *Murfili*. *III. 29.*

ADEN. Provincia. *Abaſiæ* vicina. Incolæ *Saraceni*. Rex, *Sultani* titulum gerit. Horum aliquis circa auctoris ætatem ope *Chaliſæ* Babylonici *Aconem* ceperat. Metropolis, ejusdem nominis. Ibi *Portus* optimus. Ibidem *S. Thomas* docuit. *III. 46.*

ADOPTIO. *expoſititiorum* infantum divitib. illiberibus imperari ſolita à *Facfuro*. *II. 53.*

ADORANT. *Boves*. Abrajamim. *III. 30.* & Incolæ regni *Var*. *III. 24. 28.* vel quicquid mane ſibi *obviàm* fit. incolæ regni *Ferlech*. *III. 14.*

ADULTERIA. Tartaris intolerabilia. *I. 55.*

ÆQUINOCTIALIS circulus. *III. 32.*

AER. de die incantationibus obtenebratus, vid. INCANTATORES. in aëre auditi concentus Muſici, ſonique Tympanorum, *I. 44.*

ÆSTUS

ÆSTUS marinus vehementiſſimus propè Madagaſcar. *III. 39. 40.*

ÆTHIOPIA pro ABASIA. MS. *III. 47.*

AGYRON. *v. Argyron.*

ALANI. Chriſtiani quidam ſic appellati. *II. 62.*

ALAODIM. *Muleta* Dominus. Tyrannus nefarius. *Senex de Montanis* cognomine. *I. 27.* Extinctus ab Allau. *I. 28.*

ALBUS color, Diaboli eſt apud *Madagaſc.* ut niger Dei. *III. 28.*

ALBORUM *Feſtum.* Sic dicitur initium *anni* Tartarici, hoc eſt, Kalendæ Februariæ. Tùm enim candidis induuntur. Albus verò *color* fortunæ omen habet. *II. 15. v. Equi.*

ALCHAI. Mons Tartariæ. Ibi *Gingiſchanes* ſepultus eſt. Et ſucceſſores ejus. Conſanguinei item. *I. 53. 54. 61.*

ALEXANDER MAGNUS. Ubi Darium viciſſe dicatur. *I. 27.* filiamque Darii duxiſſe. *I. 31.* Ab eô deſcendit Rex *Balaſcia I. 34.*

ALEXANDRIA. *III. 46.*

ALLAU. Rex Tartariæ. Gingiſchanidarum quartus. Barkam alium Tartariæ Regem vincit. *I. 1.* legatum ad Bocharæ regem mittit. *I. 2.* Baldachum capit. *I. 16.*

ALOES ligna abundè naſcuntur in Ciambâ. *III. 8. vid. & II. 41.*

AMATELLUS. pro *Amethyſto.* MS. *III. 22.*

AMBRUM. colligitur ex *cetis* ad inſulam *Madaigaſcar. II/39.* & ad inſulam *Maſculinam.* MS. *III. 37.* ut & *Zanzibar. III. 41.*

AMETHYSTUS. Provenit in inſula *Seilam. III. 22.*

AMPLUSTRE. pro clavo vel temone navis. MS. *III. 1.*

AMU. MS. *Anyn.* Provincia ad orientem, ſubjecta Chano, abundat *bubus*, *bubalis*, *equis* optimis, &c. Incolæ *idololatra.* ornantur monilibus aureis argenteiſque. *Lingua* peculiaris. *II. 47.*

ANCHORARUM uſus. *II. 49.*

ANGANIA, inſula, vicina inſulæ *Necumm.* diſtat *Java* milliaribus CL. MS. aut CXL. *III. 20.* magna. Incolæ beſtiales. *Idololatra.* deformes & capite *canino.* veſcuntur *riſo, lacte, carnib.* etiam hominum. *III. 21.*

ANIMALIA nonniſi piſcibus ſiccatis & pane biſcocto viventia. *III. 46.*

ANNUS. Lunaris, Tanguthenſium. *I. 49.* Anni initium Tartaricum. Kalendæ Februariæ. *II. 14. 15.*

*ANTHROPOPHAGI. *v. Veſcuntur, & Fugui.*

ANYN. v. *Amu.*

APRIS abundat vicinia *Cambalu. II. 16. 17.*

AQUÆ. amaræ. *I. 24. 25. 27. 43. 44.* dulces. *I. 44.* ſalſæ. *I. 25.* virides, venriſque fluxum cientes. *I. 25.*

AQUILÆ. cicures & venaticæ. *II. 17.* albæ in regnô *Murfili. III. 29.*

ARBORES.
Farinaceæ. v. FARINA.
Oleaginæ. Unde oleum, quo naves Indicæ oppicantur. III. 1.
Odoriferæ. III. 8. 12.
Solis, aliàs SICCÆ. Naſcuntur in Regno Timochaim. Sunt ingentes. Folia ab uno latere candida, ab altero viridia. Fructus Buxini coloris. I. 27.
Viales, quas Cubla per Cathajam plantari inſtituerat. II. 24.
ARCA NOÆ, ubi ſubſtiterit ceſſante diluvio. I. 13.
ARCHIEPISCOPUS *Scoiranus*. III. 38. Sub eo Epiſcopus *Inſulæ Maſculinæ*. III 37.
ARCLADAM. Provincia. Diſtat provinciâ Carajam diætis quinque. Metropolis, *Unchiam*. *Moneta*, aurea. Incolæ *literis* carent, & argento. II. 41.
ARIETES aſinis non minores. I. 21. Sylveſtres. I. 37. maximi in mundo, in regno *Murfili*. III. 29.
ARGENTI mineræ in *Balaſciâ*. I. 34. *Ruthenia*. III 50. *Tenduch*. I. 64. Argento deſtituti, incolæ *Arcladam*.
ARGON. (1.) gens quædam *Tenduchica*. I. 64. (2.) Rex *Indorum*. I. 9. & inſulæ quidem *Javæ*. I. 10. Hic defunctâ *Balgana* uxore per tres legatos uxorem à *Cubla* è familiâ illius petit. I. 9. Deſtinatur illi *Gogatis* XVII. annorum puella. Eaq; deducitur navibus XIV. & viris 10c. Traditur autem filio ab Argone. I. 10.
ARGYRON. MS. *Agiron*. Urbs Armeniæ majoris I. 13.
ARMELINORUM pellibus Tartari ditiores veſtiuntur. I. 56. Tentoriaq; Chanica iis intus obducta. II. 20. Capiuntur in regione quadam *Boreali*, autori anonymâ. III. 48. & MS. in regione *tenebrarum*. III. 49. ac *Ruthenorum*. III. 50.
ARMENIA duplex eſt: Major & Minor. MS. I. 11. (1.) *Major*, Tartaris tributaria. Metropolis *Arzinga*, poſt *Argyron* & *Darzirim*. Nobilitata *Buchinmo*, *Fonte*, qui *oleo* copioſiſſimè fluit, adeò, ut ejusmodi oleum multis navibus quaquaverſum avehatur. *Montibus*, ubi *arca Noa* reſederat. *Paſcuis*, quæ Tartari frequentat. *Thermis*. I. 13. (2.) *Minor*. Nobilitata *abundantiâ rerum*, *aëre* ſalubri, *civitatibus* & oppidis multis, *portu Glacia v. Galza*, juſto rectoque *regimine*, *ſolo* fœcundo, venationibus. I. 13. Sed *incolæ* degeneres ſunt, Tartarisque *tributarii*. I. 11. Armeni in *Turchia*. I. 12.
ARZINGA. Metropolis Armeniæ majoris. I. 13.
AROMATUM copia, in regionibus *Angania*. III. 21. *Java* minoris. III. 13. *Inſularum* circa *Zipangrin*. III. 8. *Lambri*. III. 18. *Maletur*. III. 12. *Necuram*. III. 20.
ARTIFICES. Duodecim generum. II. 65.
ARUNDINES longisſimæ craſſiſſimæque. II. 36. 59. 66.

ASINI, carè emti in *Perſiâ*. I. 19.

ASSASSINI. I. 28.

ASTROLOGIÆ deditì *Quinſajenſes*. II. 64. Incolæ *Coilum*. III. 31. *Sachion*. I. 45. Conſulti à *Gingiſchane*. I. 53. *Cublâ*. II. 3. 20. prædixerant rebellionem civitatis *Cambalu*. II. 10. urbemq; *Quinſai* non captum iri, niſi ab eo, qui centum haberet oculos. II. 54.

AUDANICUM. Effoditur apud civitatem *Crermam*. I. 21. *Cobinam*. I. 26. & in regno *Chinchintalas*. I. 47.

AVES, emiſſariæ, tabellam argenteam pedibus deferunt, quâ cujusq; Dominus deſcribitur. II. 19.

AURUM reperitur in montib. *Carajam*. II. 40. Fluviis quibusdam. II. 37. 39. 40. Quodque in *Brio* & fl. *Carajam* reperitur, *Paglola* dicitur. II. 38. 40. Auri uncia pro quinque unciis argenti data. II. 43. non conceditur avehi extra Zipangrin. III. 2. Noñiſi ex auro bibitũ in aulâ Cublæ. II. 13. Auro prætereà abundant *Bœach*. III. 11. *Tholoman*. III. 48. *Zipangri*. III. 2.

AUSTERES. *Zorzania*. MS. I. 14. nigri in *Baſman*. MS. III. 15. & *Var*. MS. III. 26. Venatici. MS. II. 19. 20.

Αυτοχειρία. v. *Comburunt*.

AZURUM. Fit ex lapide *Lazuli*. I. 34. 64.

B.

BAIAN, & BAIAN CHINSAN. Latinè *Centoculus*. Eratque hujus nominis caput ducum bellicorum Cublæ. Hic regnum *Mangi* tentabat. Sex civitates fruſtrà obſidebat. Urbem verò *Quinſai* occupabat. Quomodo, & quo omine, vid. II. 54. cepit item urbem *Cingingui* per deditionem primam. Pòſt, cum vino ſepulti milites ejus à civibus interfecti eſſent, eâ expugnavit, civibus omninò deletis. Expugnavit etiam ceteram *Mangi*. II. 62.

BALACH. Civitas olim magnifica, Pòſt à Tartaris diruta. Vicina ad Aquilonem *Perſidi*. ad Barrapeliotem ob latrocinia *Taicam usq;* deſerta eſt regio ejus per diætas duas Sunt ibi *Leones*, *venationes* frequentes. I. 31.

BALASCI. Gemma, à *Balaſciâ* ſic dicta. I. 34.

BALASCIA. Provincia, diſtans civitate *Scaſſem* diætis tribus. Via deſerta ab hominibus. I. 33. Abundat regio hæc *Argenti* mineris. *Equis* firmisſimarum plantarum, *Gemmis*, quæ *Balaſci* dicuntur, & ſolius Regis ſunt, à quô vel *dono*, vel *tributi* nomine, vel *mercatu* ad alios perveniunt. *Herodiis* item, *Hordeo*, *Lazuli* lapide, unde *Azurum* fit. *Milio*, *Nucibus*, *Tritico*. Aditus regni arctus. Carent *Olivis*. Oleo tamen *Seſamino* utuntur. *Venationes* frequentes. Incolæ *Mohammedani*. *Sagittarii* *Venatores*. *Veſtiuntur* Corio. *Lingua* peculiaris. I. 34. *Rex* de proſapia Alexandri M. deſcendere ferebatur. I. 34.

BALDACH. Urbs vicina *Moſuli*. *Caliphæ* cuidã Saraceno ſubjecta. *Capta* ab Allau, Añ. Dom. M. CCL. etſi centum

tum millibus armatorum referta eſſet, *Diſtat* diætis octodecim oſtio Oceani Indici, in quem (per ſinum puta Perſicum) fluvius ruit, qui urbem tranſit. Fluvius verò ille ad urbem *CHISI* oritur. Urbs in ſcriptura *Suſis* dicitur. Nobilis *pannificio* ſericeo. Proxima item *Baſcia*. I. 16.

BALDUINUS. Rex Conſtantinopolitanus. I. 1.

BALGANA, puella Cublæ cognata, *Argono* Indiæ regi nuptum deſtinata, ſed filio ejus ab ipſo tradita. I. 9.

BAMBACIUM, arborum genimen. MS. III. 35. *Bambacinis* pannis *Abaſia* abundat. MS. III. 45. v. *Bombyx*.

BANGALA. Provincia, confinis Indiæ. Gaudebat *rege* proprio. II. 45. qui Cublam bello adoriebatur. II. 42. belloque à Cubla laceſſitus. Abundat regio *Bombycibus, bubus* craſſiſſimis, *Eunuchis, galangá, lacte, riſo, ſaccharo, ſpico, zingibere*. Incolæ *Idololatræ*. *Lingua* peculiaris. Cibus *caro, lac, riſum*. II. 45.

BARACH. Rex *Bochare*. I. 1.

BARCHA, pro naviculâ quadam. MS. III. 1.

BARCHIM. Rex Tartariæ. Gingiſchanidarum tertius. I. 54.

BARKA. Rex quidam Tartariæ, quem *Allau* devicit. I. 1.

BARGU. Regio ad Aquilonem montis *Alchai*, longa diætis XL. incolæ *Medite* dicuntur. *Chano* ſubjecti. Venationibus vivunt. Carent *blado, vino*. Terminatur ad Aquilonem *Oceano*. I. 61.

BARSCOL. Provincia, occupata à Cublá. II 5.

BASCIA. (1.) Regio, diſtans *Balaſcia* diætis decem. valdè calida Incolæ *Idololatræ*. Incantatores. Nigri, in auribus ſeſe ornantes. *Lingua* peculiaris. Veſcuntur *carnibus* & *riſo*. I. 35.

(2.) Urbs eſt inter *Baldachum* & *Chisi*. Abundat *palmis*, earumq; fructu, *dactylis*. I. 16.

BASILIUS. D. Baſilius *Sebaſtæ* martyrio coronatus. I. 12.

BASMAN. Regnum *Java* minoris. Abundat *Auſteribus* nigris. MS. *Elephantis, Simiis, Unicornibus*. Incolæ beſtiales. Subjecti Chano. *tributum*, feræ ſylveſtres. *Lingua* peculiaris. III. 15.

BATELLÆ, pro lintribus. MS. III. 1.

BELOR. Regio ad Barrapeliotem. I. 37. tota ferè hyemalis. ad diætas XL. propè inhabitata. exceptis *montibus*. Horum incolæ *idololatræ*. Venatores.

BIBONES. *Taicamenſes*. I. 32.

BLADUM. Blado *Abundant* regio urbis *Caigui*. II. 60. ditionesq; *Cublæ*. II. 24. *Carent* incolæ terrarum *Bargu*. I. 61. *Seilam*. III. 22. *Var*. III. 26.

BIRCI. MS. *Birgis*. III. 10. *Bircii*. II. 22. *Birci*. III. 18. Bircis abundant *Lambri*. III. 18. *Necuram*. III. 20. *Seilam*. III. 22. Quomodo transplantentur.

tur. traducti ab autore in Italiam. ſed non ſucceſſit transplantatio. III. 18.

BOEACH. MS. *Lœach*. Provincia. Diſtat inſulis *Sondur* & *Condur* milliaribus quinquaginta. (vel MS. quingentis) *Java* milliaribus IↃCCL. (vel MS. M CC.) ampliſſima, ditiſſima. Abundat *auro, elephantis, urſis*, etiam cicuribus, magnitudine leonum. Incolæ *idololatræ*, maximè inhumani. quare rarò adeatur. *Lingua* peculiaris. *Monetæ*, glebæ aureæ. (vel MS. porcellanæ) *Rex* abſolutus.

BOCHARA. Civitas Perſidis. Ubi tum imperabat *Barach*, rex. Ibi triennium ſubſtiterunt Veneti. *I*. 1.

BOMBYCIBUS abundant terræ *Bangala*. II. 45. *Caſgar*. *I*. 38. *Cotam*. *I*. 41. *Peim*. *I*. 42. *Perſia*. *I*. 19. *Scoira*. III. 58.

BOSPHORUS. *I*. 1.

BOTIAM, al. *Vociam*. Regnum, cujus causâ inter Chanum & Regem *Mien* bellatum eſt. II. 41. 42.

BOVES Chataici, Elephantis ferè pares. *I*. 62. Sic & *Bangalenſes*, craſſitie tamen, non altitudine. II. 45.

Adorati, proque numinibus habiti. III. 24. 28. 30.

Communes. II. 47.

Gibboſi & genubus flexis onera ſuſcipientes. *I*. 22.

Hyperborei. III. 47.

Sylveſtres. II. 17. 44.

BRIUS Flumen. provinciæ *Canielu* terminus. fluit *auro*. II. 38.

BRUNI coloris ſunt *Tholomanenſes*. II. 47.

BUBALI terræ *Amu*. II. 47. *Tartarici*. II. 40. 56.

BUBONES aucupes. II. 20.

BUCHIRAMUS. MS. *Bucurmus*. Ex eo optimi parantur *panni*. *Arzinga* nempe in Armeniâ Majore. *I*. 13. plurimique in *Abaſiâ*. III. 45.

BUGAS. MS. pro *Ungrac*. II. 8.

BUXINUS color. *I*. 27.

BYSANTIUS aureus. II. 20. argenteus. MS. *ibid*. & II. 21.

C.

CACAUSII. Civitas *Cathajæ* nobiliſſima. Diſtat provinciâ *Gingui* diætis IV. & civitate *Canglu* diætis tribus. Sita eſt ad meridiem Gingui, & boream Canglu. Abundat *Serico* & Chryſendetis. II. 50.

CACIAMORDIM. regia *Cublæ* æſtiva. II. 20.

CÆSAREA. Urbs *Turchiæ*. *I*. 12.

CAIGUI. (1.) Civitas, ad oſtiũ fluvii *Caromoram*. vicina urbi *Corgangui*. II 52.

(2.) Civitas parva, ad fluvium Quiam. Verſus *Sirocum* à *Singui*. abundat *blado*, *riſo*. ibi *inſula*, in flumine Quiam. Ac ibidem *Monaſterium*. II. 60.

CALACIA. Metropolis Egrigajæ. I. 63.

CALIDISSIMÆ regiones. *Baſciæ*. I. 35.

I. 35. *Coilum.* III. 31. *Cormoſa.* I. 23. *Var.* III. 26.

CALX oleo cuidam miſta, & picis loco in oppicandis *Navibus* uſurpata. III. 1.

CALIPHUS. Ita Saraceni *Prælatum* ſuum *magnum* vocant. Talis erat, qui captâ ab ALLAU Baldacho peribat. I. 16.

CAMANDU. Civitas olim magna. pòſt (autoris ætate) à Tartaris diruta. manente vocabulo regionis. Abundat ea *Arietibus* magnitudine ferè aſinos æquantibus. *Bovibus* valdè magnis, camelorum inſtar gibboſis & genubus flexis onera ſuſcipientibus. *Dactylis. Piſtachiis. Pomis Paradiſi. Prædonibus* incantatoribus. *Sincolinis* avibus. I. 22.

CAMBAETH. MS. *Cambaeth.* Regnum *Indiæ* majoris MS. III. ad occidentem *Gozuratha.* *Lingua* peculiaris. *Rex* proprius. III. 36.

CAMBALU. Civitas *Chatajæ.* II. 10. 16. extrà *Indiam*, *Mangi.* II. 11. & *Chatajam.* MS. *ibid.* Procul ab *Oceano.* II. 19. *Ambitus*, XXIV. milliaria. II. 10. *Cadavera* extrà urbem ſepulta. II. 11. *Campana* in medio civitatis, quâ ter veſperi pulsâ, domô amplius egredi non licebat. II. 10. *Canales* inter urbes *Cambalu* & *Caigui.* II. 60. *Diſtabat* civitate *Geogui* milliaribus XL. II. 28. fluvio *Puliſachniz* mill. X II. 27. regno *Tainfu* milliaribus XL. & diætis inſuper decem. II. 29. *Figura* urbis quadrata. II. 10. *Mercatura* hic adeò florebat, ut toti orbi ſufficere videretur. II. 11. *Meretrices* XXcIↃ. in ſuburbiis alebantur. *Ibid.* *Murus* urbis albus. altus XX. paſſ. craſſus decem. ſed aſcendendo ab altitudine remittit. II. 10. *Palatia* non pauca circa portum. in angulis muri. Paſſim. *ib.* de *Regiô.* v. II. 9. *Plateæ* rectiſſimæ. II. 10. *Portæ* XII. ſingulæ à mille cuſtoditæ militibus. II. 10. *Regia* olim erat. II. & *Cublæ* quoque. II. 3. 6. hybernis nempe menſibus. II. 19. Tandem deſerta à Cublâ, novèque condita ab ipſo, ad alteram fluminis ripam. Ob rebellionem puta, ab Aſtrologiô prædictam. *ib.* *Suburbia* duodecim. quot videlicet portæ erant. II. 11.

CAMELIS abundat *Aden.* I. 47. *Ezina.* I. 50. *Lop.* I. 44. *Madaigaſcar.* III. 39. *Tartaria Hyperborea* III. 47.

CAMPANA Cambalenſis. II. 10.

CAMPANULÆ aureæ & argenteæ ſuper ſepulchro Regis MIEN. II. 44.

CAMPHORA. circà *Zarten.* MS. II. 70. optima & auro contrà habita in regno *Fanſur.* III. 19.

CAMPITION. Metropolis *Tanguthæ.* I. 49. Diſtat *Ezina* diætis XII. I. 50. Incolæ *Mohammedani. Chriſtiani. Idololatræ.* I. 49.

CAMUCUM. MS. *Camulcum.* II. 14.

CAMUL. Regio. inter *Tanguth* & duo *deſerta.* ſ. rax. *Chano* ſubjecta. Incolæ

Incolæ *Ludiones. Idololatra.* Proſtituunt uxores hoſpitibus. *Lingua* peculiaris. I. 46.

CANNABEO rudi veſtiūtur *Tebethenſes.* II. 37. funibus cañabeis ad quid utantur nautæ *Singui.* II. 59. cannabinis ſaccis induuntur *Quinſayenſes* cum lugent. II. 64.

CANALES. Cubla. II. 60.

CANES. Venatici. II. 17. 18. aſinis ferè pares. II. 37. iisque haud minores. III. 45. 48. ipſis *leonibus* metuendi. II. 49. rhedas trahentes. III. 48.

CANFU. Civitas. ad littus *Oceani.* portus commodisſimus. II. 64.

CANGIGU. Provincia. ad orientem *Rangala.* abundat *auro, elephantis, feris* aliis. Diſtat longè à mari. Gaudet *rege* propriô. *Lingua* peculiaris. Incolæ *idololatra. Chano* tributarii. Vivunt *lacte, riſo, vino ex riſo.* pingunt *faciem, colla,* &c. imaginib. draconum &c. II. 46.

CANGLU. Civitas *Cathaja.* abundat *ſale factitio.* II. 50. v. *Ciangli.*

CANICLU. Provincia. ad occidentem *Tebetha. Rex* Chano tributarius. abundat *Margaritis,* quibus *lacus* ſcatet. II. 38.

CANOSALIM, caſtrum circà *Reobardam.* I. 22.

CANSU. Urbs in litore *Oceani.* xxv. mill. à *Quinſai.* Emporium Indicarum & aliarum mercium II. 64.

CANTARUS pro menſurâ. MS. II. 59.

CAPREOLIS abundat *nemus* Chanicum apud urbem *Ciandu.* I. 65. vicinia *Cambalu.* II. 16. 17. *Caniclu.* II. 38. *Chunchi.* II. 23.

CAPREIS abundat *Gengui.* II. 66. *Madaigaſcar.* III. 39.

CAPADOLÆ. MS. III. 39.

CARAONES. Ita dicuntur prædones *Reobardici.* Suntque *Incantatores.* I. 22.

CARAJAM. (1.) Provincia. ad *Brium* fluvium. Regna ſeptem. ſubjecta Chano. *Equi* optimi. *Lingua* propria & valdè difficilis. Metropolis *Jaci.* Abundat *riſo, tritico. Potus* factitius. *Panis* ex riſo. *Triticeus* inſalubris. *Moneta* lapilli marini. *Sal* ex aquâ puteali. *Cibus,* carnes crudæ, ſed præparatæ. Eſt ibi *lacus* piſcoſus. *II. 39.* Regni hujus cauſa bellatum eſt inter *Chanum* & regem *Mien. II. 42.*

(2.) Metropolis alius regni. diſtat urbe *Jaci* diætis decem. abundat *Equis* optimis. *ſerpentibus* multò maximis. ſubeſt Chano. *II. 40.* Incolæ *idololatra. II. 40.*

CARCHAM. Regio. *Samarchâ* diſtans diætis quaſi quinque. ferax. nepoti magni Chami ſubjecta. Incolæ *Mohammedani.* Quidam tamen & *Neſtoriani* ſunt. I. 40.

CARDI. gens quædam, quæ montes *Moſulenſes* habitat. Suntque alii *Mohammedani, Jacobitæ* alii, & quidam *Neſtoriani.* Sed imprimis *pradones.* I. 15. v. *Churdiſtam.*

CARNES humanæ meliores comeſtu, quàm reliquæ, ſecundùm *Zipangrios*. *III*. 7. v. *veſcuntur*.

CARISTIA pro ſterilitate ſeu annonæ caritate. *II*. 24.

CAROCORAM. MS. *pro Tarocorum*. *I*. 51.

CAROMORAM. Fluvius admodum latus ac profundisſimus, quare nullo *ponte* tranſeatur. Ruit in Oceanum. diſtat caſtro *Chincui* milliaribus viginti. Multæ ad littus *civitates*. multa *caſtra*. *II*. 31. Videtur *Cathajam* & *Mangin* dividere. *Mangi* enim ad *Caromoram* eſt. *II*. 52. v. de *Bivio*. *II*. 28. Dicitur è regno *Presbyteri Johannis* fluere. *Latitudo* mill. unum. oneratas quasque naves defert. ad ripam fluminis ſitæ ſunt urbes *Corgangui* & *Caigui*. Eo trajecto regnum *Mangi* patet. Abundat *piſcibus*. *Navibus*, quarum xvm. Cubla ad oſtium fluminis ſuſtentabat. *II* 52.

CARYOPHYLLIS abundant terræ *Caniclu*. *II*. 38. *Java*. *III*. 10. *Necuram*. *III*. 20.

CASSAR regio. Chanotributaria. abundat *arboribus*, *bombycibus*, *vineis*, *viridariis*, &c. Patet quinque diætis. Incolæ *Mohammedani*. aliqui tamen *Neſtoriani*. *Mercatores*. *Artifices*. lucri avidisſimi. *Lingua* peculiaris. I. 38.

CATAPULTÆ à Paulis inventæ, quibus Cubla urbem *Sianfu* ad deditionem cogebat. *II*. 50.

~~*CATHAY*~~. Provincia. Sita ad occidentem *Egrigajæ*. ad vulturnum regni *Erigimul*, ſive etiam *Cerguth*. *I*. 62. Inter hoc & Cathay *Singui* civitas eſt. Eſt autem *fertilisſima*. longa XXV. diætis. Incolæ Cathayæ *Neſtoriani*, *Mohammedani*, *idololatræ*. pingues, naſo parvo. (capillis nigris. MS.) viri imberbes. (ſed pilos ſuprà labia habent. MS.) pulchras potiùs, quàm nobiles divitesque ducunt uxores. Artifices. mercatores. ingenioſi. valdè affabiles. *Mulieres* albæ. Sunt & ibi *boves*, Elephantis ferè pares. cicurati &c. Aratroq; admoveri ſoliti. Pili eorum tres palmos longi Ibidem *Muſcus* colligitur. *Via* arboribus conſitæ, ne viatores errarent. *II*. 25. laborat penuria *ligni*. caret *vino*. *II*. 29. Sed paratur aliud ex *riſo* & aromatibus. *II*. 25. Nativum verò ex *Tainfu* adducitur. *II*. 29. *Agri* optimi. *II*. 28. *Civitates* ejus hæ ſunt: *Cacaufu*. *II*. 50. *Cianfu*. *II*. 31. *Ciangli*. MS. *II*. 50. Sunt etiam ibi *Phaſiani* maximi. Quorum caudæ decem ferè palmis longæ ſunt. *I*. 62.

CATTI. II. 68. diverſarum ſpecierum, quorum aliqui humanam faciem habere videntur. III. 45. MS. *Gatti*.

CAULI. Provincia. à Cublâ occupata. II. 5.

CAYDU. Cublæ nepos. adverſarius. unà cum *Najamo* Cublam bello vexare cogitans. II. 2. prævenitur. II. 4.

CAYM. MS. II. 56. v. *Chain*.

CERGUTH. Regnum Tartar. I 62.

CER-

CERVIS abundat *Bargu.* I. 61. vicinia *Cambalu.* II. 16. 17. *Caniclu.* II. 38. nemus Chanicum apud urbem *Ciandu.* I. 65. *Chunchi.* II. 33. *Madaigaſcar.* III. 39. *Mien.* II. 44.

CETIS abundat mare circa *Inſulam maſculinam. III. 37. Madaigaſcar. III. 39. Zanzibar. III. 41.* v. *Ambrum.*

CHAIN. Civitas *Mangi.* diſtat diætâ ab urbe *Panchi.* abundat *Phaſianis, piſcibus, venationibus. II. 56.*

CHAMUS. v. *Index Gloſſar.*

CHALCEDONII reperti in fluviis. *I. 42. 43.*

CHALYBIS mineræ, in regno *Chinchintalas. I. 47.* apud Civit. *Cobinam. I. 26. Crerman. I. 21.*

CHASUM. regnum *Perſiæ. I. 19.*

CHELUCELAM. Lacus *Zorzaniæ.* ambitu Ioc. mill. noñiſi per *quadrageſimam* ad *Sabbathum* usq; ſanctum piſces mittit. Abeſt æquoribus reliquis diætis decem. Dicitur tamen Euphrati jungi, & quibusdam fluminibus aliis. *I. 14.*

CHESIMUR. Regio. diſtans *Baſcia* diætis VII. *I. 36* propè *Indiam. I. 37* Incolæ *idololatræ.* Incantatores. Bruni *coloris.* macilentisſimi. *Rex* abſolutus. *Lingua* peculiaris. *I. 36.*

CHINCHINTALAS. Regio, confinis deſerto *Lop.* longa diætis XVI. Chano ſubjecta. Incolæ *Mohammedani, Neſtoriani, Idololatræ.* Sunt ibi mineræ *Chalybis, Audanici, Salamandræ. I. 47.* pars *Tanguthæ.* MS. *I. 50.*

CHINCHIS. (1.) Tartarus. Vir prudens & ſapiens. *Rex* eligitur à ſuis. optimè regnat. Octo provincias brevi regno adjicit. Nôrat *parcere ſubjectis & debellare* ſuperbos. *Unchami* filiam ambit. Repulſam fert. *I. 52.* Quare Unchamum bello aggreditur. Conſulit Aſtrologos. Vincit. Regno Unchami potitur. Mortuo Unchamo ſex annis ſupereſt. Extendit regnum. Tandem caſtrum aliquod oppugnans, ſagittâ petitur ad genu. ita perit. Sepelitur in monte *Alchai. I. 53.*

(2.) Primogenitus *Cublæ.* ante patrem decedit. Relinquit filium *Temur. II. 8.*

CHINCHUI. Caſtrum, à *Dario* quodam, rege, extructum. arte & naturâ munitisſimum. Diſtat urbe *Pianfu* diætis duabus. *II. 30.* & fluvio *Caromorum* XX. milliaribus. *II. 31.*

CHISI. Urbs vicina *Baſciæ* & *Baldacho. I. 16.* Sita ad litus maris. *I. 19.* abundat *equis.* qui in *Var* venduntur. *III. 26.* ibi oritur fluvius quidam magnus. *I. 16.*

CHOREÆ Magicæ. *II. 41.*

CHRISTIANI. reperti in *Abaſcia. III. 43. Campition. I. 49. Coilum. III. 51.* inſulâ *Maſculina. III. 37. Scoira. III. 38. Suchur. I. 48. Tenduch. I. 34.* urbe *S. Thomæ.* III. 27.

*CHRONOLOGIA *Tanguthenſis. Anni, menſes, hebdomadæ* Lunares. Ex his quinq; dies *feſti.* I. 49.

CHUNCHI & CUNCHI. MS. *Chimchym. Chimchim.* Provincia. Diſtat urbe *Quenquinaſu* diætis tribus. Gaudet *venationibus*. Incolæ *Idololatræ, agricolæ*. patet diætis XX. II. 33.

CHURDISTAM. regnum *Perſiæ*. I. 19. v. *Cardi*.

CIAMBA. MS. *Cayamla* & *Cyamla*. Provincia. diſtat portu *Zarten* milliaribus ML. (vel MD. MS.) verſus *Africum*, ampla. dives. abundat *aloës* & *ebani* lignis, & *Elephantis*. bello petitur a *Cubla*. Incolæ *idololatræ*. *Lingua* peculiaris *Rex* voluntario tributi onere regni damna redimebat. III. 9.

CIANDU. Urbs. diſtat *Cianganioro* diætis tribus. Condita à *Cublà*. Ibi palatium & nemus regale Chanicum. Ambitu XV. mill. *fontibus, fluminibus, animalibus* clarum. Ibi verò Chanus per *Junium, Julium* & *Auguſtum* commorabatur. Temperatior enim ſub æſtatem regio eſt. I. 65.

CIANFU. Civitas *Catayæ* nobilis. diſtat fluvio *Caromoram* diætis duabus. Incolæ *idololatræ*. II. 51.

CIANGLI. Civitas. diſtat quinque diætis urbe *Canglu*. Octo diætis urbe *Cacauſu*. Secatur *flumine* navigabili. Eſtque ibi celebre *Emporium*. II. 50.

CIANIGANIORUM. Civitas. diſtans civitate *Sindacui* diætis tribus. Ibi palatium Chani *Faſiani. Griſalci. Grues. Herodii. Perdices*. I. 64.

CIARTIAM. Regionis & urbis nomen eſt. Regio populoſa. Chano ſubjecta. ibi flumina *Jaſpide* & *Chalcedonio* fluunt. multum *ſabuli*. *aquæ* amaræ. Solum ſterile. Incolæ *fugitivi*. Diſtat urbe *Lop* diætis quinque. I. 43.

CIGATAI. Frater magni Cham. Ædificat *templum Johannis Baptiſtæ* Samarcandæ. I. 39.

CINGIAM. Civitas *Mangi*. in monte ſita. Mons ille *fluvium* ſecat, &c. II. 66.

CINNAMOMUM. ad *Brium*, fluv. II. 39. terræ *Caniclu*. II. 38. *Tebetenſe*. II. 37.

CINGIANFU. Civitas *Mangi*. abundat *ſerico* & *auro*. ibi duæ Eccleſiæ *Neſtorianorum*. II. 61.

CINGINGUI. Civitas *Mangi*. diſtat diætis tribus à *Cingianfu*. Cives *Alanos* hoſtes recipiebant quidem, ſed vino ſepultos interficiebant, & ipſi juſſu Bajani omnes interficiebantur, II. 62.

CIRCUMCISIONIS violentæ exemplum. III. 44.

CIVITATIBUS & oppidis caruerunt olim *Gingiſchanidæ*. *Principe* item. Vagantes ſcilicet cum pecoribus ſuis quaquaverſum. I. 51. Civitates *prætorianæ*, quæ *jus dicebant* aliis. XII. nempe aliis jus dicebat *Sianfu*. II. 58. XVI. *Singui*. II. 63. XXVII. *Yangui* II. 57. XL. *Tadinfu*. II. 51. CXLV. *Quinſai*. II. 64.

CLAVES imprimis artificioſæ, confectæ in urbe *Figui*. II. 70.

CLEMENS quartus *Papa*. I. 5.
CLEMINISU. MS. *Clemeinſu.* Civitas. Cublæ regia. I. 6.
COBINA. Civitas. Diſtat *Crerma* diætis VII. I. 27. abundat *audanico, chalybe, ferro.* Fit & ibi *Tucia* & *Eſpodium.* Quomodo v. I. 26. Incolæ *Mohammedani. ibid.*
COGRACAM. *Cublæ* filius. Proprinceps *Carajam.* in Metropoli Carajam. II. 40.
COILUM. Regnum. Diſtat *Maabare* milliaribus Iↄ. Situs abinde verſus Garbinium. Incolæ *Chriſtiani, Judæi, Nigri, Nudi, Venerei.* Proximas ducunt. *Pagani. Rex* abſolutus. *Lingua* peculiaris. abundat *Aſtrologis. Gallinis* apud nos inuſitatis. *Endicis. Leonibus* nigris. *Medicis. Pipere. Pſittacis* albis. *Riſo. Sacchāro.* caret *frumento.* regio calidiſſima. *Potus* ex Sacchāro. III. 31.
COLOR. albus, Diabolorum; niger, Dei. III. 28.
COMARI. Provincia Indica. propè *Æquinoctialem.* Sylvoſa. abundat *animalibus* apud nos inuſitatis. *Leonibus, Leopardis, Simiis.* III. 32.
COMPASSUS. MS. III. 42.
COMBURUNT ſeipſos quaſi ex amore alterius. Quinam? v. *Exequiæ.*
CONATICES. I. 20. MS. *Coturnices.*
CONCHA. Regnum. idemque unum de novem regnis *Mangi.* ejus civitas *Fugui.* II. 69.
CONCUBINÆ *Cublæ* centum. omnes ex unâ gente *Ungrac* lectæ. II. 8.
CONDUR. MS. *Gondur.* Inſula. diſtat *Java* milliaribus Iↄcc. III. 11.
CONJUGIA cum *Novercis*, & in ſecundo gradu. I. 49. 55. v. *Uxores.* cum *conſanguineis* præter ſorores. cum fratriâ. I. 55. poſt mortem conſtituta. I. 58.
CONIGANGUI. Civitas *Mangi.* Prima ingredientibus. Sita ad *Caromoram.* Abundat *Navibus. Salinis.* Incolæ *idololatræ.* comburunt corpora defunctorum. II. 55. Fruſtrà primum obſeſſa à *Bajan.* II. 54.
CONSTANTINOPOLIS imperator *Balduinus* I. 1.
CONSUETUDINES.
circà *ægrotos.* III. 17.
novi *anni.* II. 15.
Conjugales. Si maritus domo abſit diebus viginti. I. 42.
Si juvenes puellæque decedant. I. 58.
Cathajorum. I. 62.
Inſulæ maſculinæ & fœmininæ. III. 37.
Contractuum per teſſeras. II. 41.
Cosmeticæ. II. 46.
Cruentæ. cùm Gingiſchanidæ ad ſepulturâ deducerentur. I. 54.
Exequiales. v. Exequiæ.
Exponendi liberos, ſi parentes egeni ſint. II. 53.
circà *extraneos.* v. *Extranei.*

Judiciales circà *condemnatos*. III. 24. *furta*. I. 60.
Natalitia. II. 15.
circa *Naufragos*. III. 33.
puerperii. uxores nempe liberis natis domeſtica curant, mariti lecto decumbunt. II. 41.
ſedendi tantùm in terrâ, & quare? III. 24.
occidendi viros *ſingulares*. II, 40.
territoriales. Rex *Cormoſæ* bona exterorũ, ſi ibi moriantur, fiſco recipit. I. 23.
v. *Ritus*. *Nomina*.
Conſuetudines paulatim abolitæ ob commercia gentium. I. 60.
* *CONVIVIA* Thyeſtéa III. 7.
CORALLIA pro moneta. II. 37.
CORGANGUI. Civitas ad oſtium fluvii *Caromoram*. Vicina urbi *Caigui*. II, 52.
CORIO veſtiuntur *Balaſcia*. I. 34. *Belor*. I. 37. præſtantisſimum *Gozurathæ*. III. 35.
CORMOS. *Cormoſa*. *Cremos*. Urbs Indiæ. I. 24. pr. ſita in litore *Oceani*. I. 23. Nobilis portu optimo. Emporium celebre. imperat & aliis civitatibus vicinis. abundat territorium *palmis*, *Papagajis*. Regio *calidisſima*. infima. (h e. depreſſa.) *Regem* habet. Eſtque regia. Rex fiſco recipit bona mercatorum exterorum, ſi ibi moriantur. Incolæ veſcuntur *dactylis*, *piſcibus* ſalitis. non pane triticeo. non carnibus. Bibunt vinum ex *dactylis*. v. *Vinum*. *Naves* eorum haud adeò tutæ. v. *Naves*. Sunt *Mohammedani* Nigri. *Vento* urenti nonnunquam obnoxii. v. *Ventus*. Sementis tempus, November; Mesſis, Martius. I. 23. *Regio* verò, quæ inter *Cormos* & *Crerman* eſt, planicies eſt pulcherrima. abundat *dactylis*, *thermis* contra ſcabiem, *tritico*, &c. I. 24.
COTAM. & Urbis & Regionis nomen eſt. Sita eſt *regio* inter Orientem & Aquilonem. Longa diætis octo. Abundat *artificibus*, *bombycibus*, *negotiatoribus*, *vineis*, & omni, quod ad *victum* facit. Incolæ Chano ſubjecti, ſed *imbelles*, *Mohammedani*. I. 41.
CREMOS. *Cormos*. I. 24.
CREMOSOR. I. 17.
CRERMAN. Civitas. Diſtat *Jasdi* diætis VII. I. 20. totidemque *Cobina*. I. 25. Ibi ex montibus eruuntur lapides *Turchici*. I. 21. ex mineris *chalybs* & *andanicum*. abundat *falconibus* perniciſſimis. *artificibus* armorum, &c. I. 21.
CROCI inſtar *flos* quidam. II. 67.
CRUX CHRISTI, inſigne labari *Najami*. II. 4. Quô victô convitia in Chriſtianos ſparſa à *Judæis* & *Saracenis*. Sed refutata & animadverſa à *Cublâ*. II. 6. Crux aurea in Baptiſmo *Abaſcianorum* III. 43.
CUBEBIS abundat *Java*. III. 10.
CUBLA.
Rex Tartariæ. Gingiſchanidarum ſextus. I. 54. II. 1.

Impe-

Imperavit Marci Pauli tempore. I. 2. II. 2.
conjungit Fluvios. II. 60.
conſulit Aſtrolologos. II. 3. 10.
finitis bellis victores evehit, doniſque ac privilegiis mactat.
condidit urbem *Ciandu*. Et ibi *palatium* ac *nemus regale*. I. 64.
Cambalu etiam novè ædificavit. II. 10.
olim ſtrenuus erat, ſed Rex factus, nonniſi ſemel bellis præſens fuit, cùm ſcil. Najam ipſum bello peteret. II. 1. 2.
ſalutatur ab Allau per Legatum. I. 2.
Paulinos benignè excipit. I. 3. eoſque cum Barone Tartarico ad Papam mittit, petitum centum fidei Chriſtianæ probè gnaros homines. *ib.* Iisdem redeuntibus per XL. diætas nuncios obviam mittit. I. 6.
Alit joculatores mimos, cytharædos, nigromanticos. II. 13. 15.
Ejus Aſtrologi. II. 3. 10. 20.
Aucupia. II. 19.
Aucupes ferè XM. *ib.*
Aula. II. 13. 15.
Bella. Primum adverſus *Najamum* & *Caydu*. II. 2. Quo quidem quatuor provincias regno adjecit. II. 5.
Secundum contra Regem *Mien*. II. 41.
Tertiũ contra *Facfurum*. II. 54.
Quartum Regi *Zipangri*, ſed fruſtrà, movebat. III. 3. *ſeq.* uti &
Quintum *Ciambano*. III. 9. &
Sextum *Javano*. III. 10.
Septimum *Bangalenſi*. II. 45.
Belli duces: Abatan. Nanſochus. Sogatu. III. 9.
Benignitas ſumma in egenos, quiq; annonæ caritate premebantur. II. 24.
Cameli. II. 15.
Chrematiſtica. II. 21.
Concubinæ. II. 8.
Conſiſtorium. II. 20.
Convivendi ratio. Pocula nonniſi ex auro. Vini fontes. Structores ora ſerico operientes, ne floris halitu regium cibum potúmve contingerent. II. 13.
Cubile. II. 20.
Curſores, equites & pedites. II. 23.
Elephanti, VM. II. 15. ſerò in bellis ab ipſo adhibiti. II. 42. Viginti Elephanti, Regis Ciambani annuum donativum. III. 9.
Filii: ex uxoribus XXII. ex concubinis XXVII. II. 8.
Forma. II. 8.
Jura reſervata. Piſcandi margaritas. II. 38. venandi. II. 20. effodiendarum gemmarum. II. 38.
Leo domeſticus. II. 15.
Medici. II. 20.
Moneta. II. 21.
Natalis in XXVIII. Septembris incidebat. II. 14.
Naves XVM. ad oſtium fluvii Caromo-

romoram II. 52. quem in uſum, *vid. ibid.* bellicæ ad Zipangrin miſſæ colliſæ. ſubmerſæ, III. 3. 4.
Nemus regale I. 64.
Palatia: Cambalu. II. 19. Ciandu. I. 64.
Pilenta Elephantina II. 15. 19.
Præfecti XII. eorumque palatia, Aſſeſſores, Notarii. II. 22.
Primogenitus, Chinchis II. 8.
Provinciæ, quibus imperitabat, XXXIV. II. 22. Erat enim totius ferè Orientis Dominus. II. 1. Et parebant ei, vel tributa pendebant, ſequentes terræ, populi & civitates:
Amu II. 47.
Arcladam, II. 40.
*Bangala. II. 45.
Bargu. I. 61.
Barscol II 5.
Basman. III. 15.
Camul. I. 46.
Cangigu ſub rege proprio, II. 45.
Caniclu. II. 38.
Carajam. II. 39. 40.
Caſſar. I. 38.
Cauli. II. 5.
Chataja. I. 62.
Chinchintalas. I. 47.
Cianiganiorum. I. 64.
*Ciamba. III. 9.
Ciartiam. I. 43.
Conigangui. II. 55.
Egrigaja. I. 63.
Erigimul. I. 62.
Funotia. II. 5.
Gingui. II. 49.
Mangi tota. I. 54.
*Mien. II. 43. 44.
Peim. I. 42.
Quinſai. II. 54.
*Rutheni. III. 50.
Sianfu. II. 58.
Sinchintingui. II. 5.
Sindinfu. II. 35.
Singui. I. 62.
Singvimatu. II. 51.
Suchur. I. 48.
Tandinfu. II. 51.
*Tebeth. II. 36.
Tholoman. II. 48.
Tenduch. I. 64.
Zorzania. I. 14.
Reditus, *a* ex venationibus, II. 16.
b ex ſale puteali. II. 39.
Quinſayenſi, & viciniæ, LXXX. Myriades aureorum. II. 65.
c ex ſerico, decima pars. II. 65.
d ex aromatibus, vino factitio, & reliquis mercibus: menſuræ tres, & dimidia de centenis. II. 65.
e ab artificib. II. 69. Soli verò Reditus Quinſayenſes, excepto etiam *ſale*, uno anno aliquando fuerunt 15600000. aureorum. II. 65.
Regia. Hyberna, *Cambalu*. II. 9. æſtiva, campeſtria verſus Oceanum, atque ibi *Caciamordim*. II. 20. Prætereà *Cleminiſu*. I. 6.

Satelli-

Satellitium, XII M. equitum. II. 12.
Tentoria. II. 20.
VAIES. II. 20.
Venationes. II. 17. 18.
Virtutes. II 1.
Uxores, earumque palatia, pediſſequæ, Eunuchi, &c II. 8.
CUCURBITÆ ſectæ ſiccatæq; ad æſum. I. 30. *Melibarica*. MS. III. 34.
CUGUI. Civitas *Mangi*, ultima regni *Quinſai*. Diſtat urbe *Ciangiam* diætis tribus. II. 66.
CUI. Rex Tartar. Gingiſchanidarum ſecundus. I. 54.
CUNCHI. Regnum. II. 33.
CURFICAR. Turchus quidam, qui autorem *Asbeſti* rationem docebat. I. 47.
CURSORES. (1.) *equites*, qui uno die CC. aut CCC. milliaria conficere poterant. II. 23. (2.) *pedites*. *ibid.*
CURMOS abundat *equis*. III. 26.
CURMOSA. Civitas in litore maris ſita. I. 19.
CUZIBETH. MS. *Canzibar*, &c. feraciſſima *Eboris*. diſtat *Maabare* diætis XX. Emporium. III. 39.
CYGNI Tartarici. MS. I. 64.
CYN. Mare *Cyn* & mare *Mangi*, Oceani tractus & pars quædam. MS. I. 64. III. 2.
* CYNOCEPHALI. in *Anganiam*. III. 21.

D.

DACTYLIS abundant *Baſcia*. I. 16. *Camandu*. I. 22. *Cormoſa*. I. 23. inde ad *Crerman*. I. 24. *Eſcier*. III. 46. *Tingui*. II. 57. *Zanzibar*. III. 41.
DAGOYAM. v. *Dragojam*.
DAMIS abundant *Cambalu* II. 16. 17. *Caniclu*. II. 38. *Chunchi*. II. 33. Nemus Chanicum ad urbem *Ciandu*. I. 65. *Madaigaſcar*. III. 39. *Mien*. II. 42.
DARIUS. Rex. *Presbyteri Johannis* hoſtis. II. 30.
DARZIRIM. Urbs Armeniæ majoris. I. 13.
DENTES inſititii. II. 41.
DESERTUM *Cobinenſe*. I. 26. *Crermanenſe*. I. 25. *Lop*. I. 44. aliud ad *Ezinam*. Idque arenoſum. quadraginta dierum. I. 50. aliud ad Aquilonem, ubi Gingiſchanidarum ſedes fuit. I. 51. aliud. I. 37. aliud. I. 46.
DEUS. niger pictus. v. *Niger*.
DIÆTA. *paſſim*.
DIES Natalis. v. *Natalis*.
DIVERSORIA. Tartarica. II. 23. in deſertis quoque. *ib.* Eaque Cublæ tempore circiter XM. *ib.* vid. 28. 33.
DOMUS. portatiles Tartarorum. I. 55. 59. magni Chami. I. 65.
DOMICELLI (& DOMICELLÆ. MS.) circiter mille à *Facfuro* ſuſtentati. II. 53.
DOS. hoc eſt, arrha nuptialis, matribus ducendarum data. I. 55. 62.
DRACONUM imagines corporibus impreſſæ. II. 46.
DRAGOIAM. MS. *Dagoyam*. Regnum *Javæ* minoris. Incolæ *idolo-*

 latræ

latra. Sylveſtres. Lingua peculiaris. *Rex* proprius. III. 14. 17.

DURFAR. abundat *equis*. qui in *Var* venduntur. III. 26.

E.

EBANI lignis abundat *Ciamba*. III. 9.

*EBORE abundat *Cuzibet*. III. 39. *Madaigaſcar. ib.* & *Zanzibar*. III. 41.

EDEM. v. *Eden*.

EDEN. MS. *Edem*. abundat *equis*, qui in *Var* venduntur. III. 26.

EGRIGAIA. Tanguthæ pars. Metropolis *Calacia*. Incolæ *idololatræ*. *Neſtoriani*. Chamo ſubjecti. Abundat *Zambilotis*. I. 63. ad Orientem *Cathajæ. ib.*

ELEPHANTIS abundat *Baſman*. III. 15. *Bœach*. III. 11. *Cangigu*. II. 46. *Ciamba*. III. 9. *Cuzibeth*. III. 39. *Madaigaſcar. ib. Mien*. II. 43. 44. *Zanzibar*. III. 41. Eorum *dentes*. I. 23. v. *Ebur*. Turrigeri, *Cublæ*. II. 4. vid. 15. 19. *Abaſianorum*. III. 45. Terrori ſunt *equis*. II. 42. Confecto bello Mienico tandem & à Cubla in bellis adhibiti. *ib.*

ELI. Regnum. Diſtat Provinciâ *Comari* milliaribus CCC. ſitum abinde ad *Occidentem*. Abundat *Leonibus*, &c. *pipere, zingibere*, &c. *Lingua* peculiaris. *Rex* proprius & ditisſimus, ſed non populorum. III. 33. Quomodo *Naufragos* deludant. *vid. ib.*

EMPORIA. Ciangli. II. 50. *Cuzibeth*. III. 39. *Fugui*. II. 69. *Galza*. I. 11. *Jaci*. II. 39. *Jaidi*. I. 20. *Panchi*. II. 56. *Singui*. II. 59. 63.

ENDICI. regnorum *Coilum*. III. 31. & *Gozurath*. III. 35.

EPIMACHI Abaſiani. III. 45.

EPISCOPUS. Inſulæ *Maſculinæ*. Subeſt Archi-Epiſcopo *Scoirano*. III. 37. *Abaſianus* Hieroſolyma miſſus, inq; viâ violenter circumcicus. III. 44.

EQUIS abundat *Tartaria* Hyperborea. III 47. caret *Var*. III 25 & *Zanzibar*. III. 41. Equi carè emti in *Perſiâ*. I. 19. carnibus coctis paſti. III. 26. caudis truncati, & quare. II. 40. firmisſimarum plantarum, ut ſoleis non indigeant. I. 34. optimi in provinciis *Amu*. II. 47 & *Carajam*. II. 39. 40. pavent ad conſpectum *Elephantorum*. II. 42. Equæ *lactantes* ſtratagematibus adhibitæ. III. 49. *albæ*, in pretio. I. 64. talium Chamus decem millia alebat. *ib.* Solebatque Kalendis Februarii vel CM. equabus candidis donari. II. 15.

ERCULINI. v. *Herculini*.

EREMITÆ. in *Cheſimur*. I. 36.

ERIGIMUL. MS. *Ergmul*. Regnû, ad Orientê *Campitionis*. A quâ diſtat diætis quinque. Incolæ *Neſtoriani*, *Idololatræ*, *Mohammedani*. Chamo ſubjecti. I. 62.

ERMELINI. v. *Armelini*.

ESCIER. Civitas. Diſtat *Adene* milliaribus XL. Sita ad Septentrionem ejus. Portus optimus. Subdita Sultano Adenenſi. Abundat *thure albo*, *palmis*,

palmu, *piſcibus*, *tunnis* maximè. *riſo*, *ſaccharo*. Caret *vino*. Potus ex *dactylis*, *riſo*, *ſaccharo*. *Verveces*, ... Equi, boves, cameli, oves *piſcibus exſiccatis* & *pane biscoctó* vivunt. *Herba* ſcil. deficiente. III. 46.

ESENTEMUR. Filius Cublæ. Proprinceps *Carajam*. in metropoli *Jaci*. II. 40.

ESPONDIUM. Paratur *Cobinæ*. I. 26. Quomodo, *vid. ibi.*

EUNUCHI Bangalenſes. II. 45.

EUPHRATES. I. 14.

EUXINUS Pontus. I. 1.

EXEQUIÆ. vid. *Muſica*. *Ritus*. Defunctorum corpora *combuſta* in *Conigangui*. II. 55. *Laë*. III. 30. *Maabar*. III. 24. *Sachion*. I. 45. *Tholoman*. II. 48. Combuſtorum *oſſa* diligentisſimè abſcondita, in *Tholoman*. *ib*. Seipſos ex amore quaſi defuncti & ſub ſpe alius vitæ comburentes *milites*. III. 24. *uxores*. ib.

EXERCITUS. XLM. Camelorum, & IIIM equitum III. 46.
- LXM. equitum & peditum; & II M. Elephantorum turrigerorum II. 42.
- CM. duce *Caydu*. II. 2.
- CCCCM. duce *Najam*. MS. II. 2.
- CCCCLXM. *Cubla*, quem tantùm circà *Cambalu* & in viciniá coegerat II. 3.

EXPOSITITII infantes. circiter XXM. à *Facfuro ſuſtentati*. II. 53.

EXTRANEI. vel redimendi, vel occiſi, cocti, comeſti. III. 7. 17.

EZINA. Civitas *Tanguthæ*. diſtans *Campitione* diætis XII. Incolæ *idololatræ*. I. 50.

F.

FACFUR. Rex *Mangi*. Potentisſimus. *Chamo* excepto. Ejus regnum inexpugnabile videbatur. Civitates foſſis aquâ ſtagnantibus cinctæ. Inde populo nulla *belli* aut *armorum* cura. nulli *equi*. Rex *Juſtitiæ*, *pacis*, *Eleemoſynarum* amans. Sed *luxurioſus*. Magna ibi incolarum *concordia*. omnia tuta. Rex XXM. infantes expoſititios quotannis alebat. deque conjugio tandem & victum iis proſpiciebat. II. 53. bello petitus à *Bajano*, mille *navibus* ad *inſulas* fugit. *Regina* defenſionem committit, in *exilio* moritur. *Regina* Chamo ſe ſubjicit, ac honorificè excipitur. II. 54. De *Palatio* Facfuris vid. II. 64.

FALCONES venatici. II. 19. 20. *Tebetenſes*. II. 37. pernicisſimis abundat *Crerman*. I. 21. Inveniuntur etiam ad *Oceanum borealem*, & ſolæ ferè ex avibus. I. 61. & ad *Cianiganiorum*. I. 64. ac *Ciandu*. 65. vid. *Herodii*.

FAMILIA quid Autori ſignificet. II. 64.

FANFUR. v. *Fanſur*.

FANSUR. MS. *Fanfur*. Regnum *Javæ* minoris. III. 13. abundat arboribus *farinam* ferentibus *Camphorâ* optimâ, ac auro contrà habenda. caret *tritico*. *Panis* ex riso. *Potus* ex arboribus *ib*.

FARINA, ex arbore regni *Fanſur*. III. 19.

FASIANI. MS. *Faxiani*. *Cathajorum* maximi. Caudæ illorum ferè decem palmis longæ ſunt. I. 62. Reperti ſunt & aliàs ad *Caromoram* fluvium. II. 31. ad Civitatem *Chain*. II. 56. in *Tartariâ*. I. 64. II. 19.

FEL. Serpentis *Carajamenſis* medetur parturientibus & *ficu* laborantibus. II. 40.

FEMININA Inſula, v. *Inſula*.

FERLECH. Regnum *Javæ* minoris. ~~III. 14.~~ Incolæ *Montanorum: Idololatræ, anthropophagi; maritimorum, Mohammedani*. III. 14.

FERRO abundat *Cobina*. I. 26.

FESTA (1.) Kalendæ Anniverſariæ, primus Februarii. II. 14. 15. Dicitur Feſtum *alborũ*. II. 15. (2.) Cublæ natalis. II. 14. (3.) CHAMORUM, die *28. Auguſti*. I. 65. (4.) *Tanguthenſium*. I. 49. (5.) *Tartarorum*, tredecim totô annô. II. 14.

FICUS. morbus. curatus felle ſerpentis *Carajamenſis*. II. 40.

FILTRUM. I. 55.

FLASCONES I. 59.

FIGUI. Civitas *Mangi*. Nobilitata *Scutellis*. II 70. quas *Porcellanas* vocant. MS. *ibid*.

FLUMINA ac fluvii. (1.) ſine nõmine. duo, aliaque multa. I. 37. aliaq; adhuc ad civitates *Baldachum*. I. 16. *Cmbalu*. II. 9. 10. *Cianglu*. II. 50. *Ciangiam*. I. 66. *Fugui*. II. 69. cujus quidem fluminis latitudo milliare eſt. *ib*. *Peim*. I. 42. *Quelinfu*. II. 68. *Singuimatu*. II. 50. propè *Sinuglu*. II. 49. inter *Aden* & *Alexandriam*. III. 46. (2.) nominibus notati: *Brius*, *Caromoram*, *Puliſachniz*, *Quiam*, *Quianfu*. (3.) Gemmiferi. I. 42. 43. (4.) Auriferi. II. 37. 39. 40. (5) Connexi. II. 60. v. *Canales*. (6.) in oppoſitas partes ſecti & currentes. II. 51. 66. Ille verò, qui urbem *Singuimatu* alluit, ab incolis in duos diviſus eſt rivos. Horum alter Orientem verſus *Mangium* tendit; alter Occidentem verſus *Cathajam*. II. 51.

FONS oleô fluens in *Armeniâ* majore. I. 13.

FORMOSA. I. 23. v. *Cormoſa*. Sic enim legendum eſt.

FRIGUS, intolerabile circà *Creriman*. I. 21. & *Vocam*. I. 37. adeô, ut ignis virtutem ſuam *calefactivam* ſimul & *luminarem* ferè amittere videatur. *ib*. confer III. 50.

FRONTALIA Saracenorum *Abaſianorum*. III. 43.

FRUMENTO abundant *Caigui*, II. 60. *Navigui*. II. 58. *Taicam*. I. 32. carent *Bargu*. I. 61. *Coilum*. III. 31. *Eſcier*. III. 46. *Tartaria* Hyperborea. III. 47.

FUCIORCIA. v. *Funotia*.

FUGUI. MS. *Scugni*. (1.) Regnũ. propè Civitatem *Cugui*. Abundat *Civitatibus*, *Floribus*, qui *Crocum* imitantur, *leonibus*, *montibus*, *venationibus*,

nibus, victualibus, zingibere. Incolæ *anthropophagi.* Sed nonniſi ſanorum carnem comedunt. *Bellaturi* frontem ignito ferro ſignant. Equis non utuntur. Sanguinem occiſorum bibunt. Arma, lanceæ & ſpatæ. II. 67. (2.) Civitas. diſtat urbe *Unquen* milliaribus xv. metropolis regni *Concha* & *Emporium.* Ibi præſidium CHAMI. Secatur *flumine.* parum diſtat ab *Oceano.* Ibi ſatis *Margaritarum*, gemmarumque ex *India. Sacchari. Victualium.* II. 69.

FUNOTIA. MS. *Fuciorcia.* Provincia Cublæ ſubjecta. II. 5

FURTORUM pœnæ Tartaricæ. I. 60.

G.

GADDERI. MS. *Gudderi.* Animal, unde *Muſchus* eſt. II. 37. 38.

GALANGA. Provenit in *Bangala.* II. 45. *Java* III. 10. *Quelinfu.* (II. 68.

GALCIA. v. *Galza.*

GALLINÆ inuſitatæ apud nos. III. 31. piloſæ, inſtar cattorum, repertæ in urbe *Quelinfu*, quarum ova optima. II. 68. pulcherrimæ in *Abaſia.* III 45.

GALZA. Civitas & Portus Armeniæ. I. 6. & quaſi *porta Orientis.* I. 11. Emporium undiquaq; frequentatum. *ibid.* Dicitur & GLACIA. I. 11. & GALCIA, I. 6.

GARBINIUM. venti nomen. III. 8. 11. & paſſim

GARYOPYLLI. v. *Caryophylla.*

GEMMÆ. v. *Balaſci, Chalcedonius, Jaſpis, Rubinus.* Gemmis abundat *Balaſcia.* I. 34. *Zipangri.* III. 2. Iiſque mercantur maximè in *Cambalu.* II. 11. *Cormoſa.* I. 23. *Fugui.* II. 69. *Tauriſii.* I. 16. Gemmæ regii ſunt juris. I. 34. magicæ, contra vulnera facientes. III. 3. repertæ in *fluviis.* I. 42. 43.

GENGUI. MS. *Chengui.* civitas. II. 66.

GEOGUI. MS. *Cyongium.* Civitas. Monaſteriis idolorum, diverſoriis, ſindone & pannificio clara. II. 68.

GINGUI. Provincia ad Orientem *Tholomana* ſita ad *fluvium.* Subjecta Chamo. Abundat *Leonibus, canibusq;*, quos ipſi leones timent. *Serico* item. Metropolis *Sinuglu.* Incolæ *idololatræ.* Pannos ex corticibus arborum conficiunt. Minus tuti ſunt à leonibus. Ne quidem in navibus. II. 49.

GIRAFFIS abundat *Abaſia.* III. 45. *Zanzibar.* III. 41. Dicitur & GRAFFA. *ibid.* ubi deſcriptionem quoque illius animalis leges.

GLACIALIS terra, ſupra Tartariam Hyperboream. montoſa. abundat *armelinis, canibus*, aſinorum magnitudine, *Erculinis, Rondibus, variis, vulpibus* nigris &c. III. 48.

GOG & MAGOG. Incolis *Lug* & *Mungug*, vel *Ung* & *Mungul* MS.) dicta. Regiones circa *Tenduch.* I. 64.

GOGACA. MS. *Gogatal* & *Cu-*

 tagal.

gal. Baro quidam Tartaricus. Cublæ miniſter, & ad Papam legatus. Sed in viâ ægrotus derelictus à Paulis. I. 4. Dicitur & *Gogocal. ibid.*

GOGATIS. v. *Argon.*

GOMO. Civitas *Turchiæ.* I. 12.

GORII. Secta quædam Malabarica regni *Var.* MS. III. 24.

GOZURATH. MS. *Cozumch* & *Guzumch.* Regnum Indiæ minoris, (vel majoris. MS.) propè *Melibar.* Incolæ *piratæ. Lingua* peculiaris. *Rex* proprius. abundat arboribus *bambacium* ferentibus, *corio* præſtantiſſimo. *Endicis, margaritis, pipere, zingibere.* altitudo ejus 7. vel 8. graduum. III. 34. 35.

GRADUS cœleſtis. III. 35.

GRÆCÆ Religionis homines: *Rutheni.* III. 50. *Turchi.* I. 12. *Zorzanii.* I. 14.

GRAFFA. v. *Gimffa.*

GREGORIUS Papa. I 6.

GRIFALCIS abundant Inſulæ extremi Aquilonis. I. 61. *Cianiganiorum.* I. 64. Inſulæ *Ruthenicæ.* III. 50. Grifalci venatici. II. 19. 20.

GROSSUS Venetus II. 21.

GRUES Tartaricæ. quintuplices. I. 64. *conf.* II. 19.

GRYPHES. Aves quadrupedes, leonem corpore, aquilam capite referentes. III. 40.

GUBERNACULUM pro clavo. III. 1. 12.

GUTHACA. Civitas ultrà *Tigridem.* I. 1.

H.

HÆRETICUS, ſi quis corpus bis de die non lavet. III. 25.

HEMITI. v. *Herculini.*

HERCULINI. III. 48. 49. 50. MS *Hemiti.*

HERBÆ defectus. III 46. Herba digeſtiva III. 30.

HERODII *ſeu* falcones. I. 34. 61. 64. III. 50.

HIEROSOLYMA. III. 44.

HIRCIS abundat *Gengui.* II. 66.

HOMINES caudati, in *Lambri,* III 18 Hominum ſpeciem referentes *Catti.* III. 45. *Simiæ.* III. 32. proque homuncionibus venditæ Simiæ. III. 15.

HORDEO abundat *Balaſcia.* I. 34. *Perſia.* I. 19.

HORIACH. Gens quædam Tartarica. I. 65.

HOROSCOPUS nativitatis accuratiſſimè obſervatur in *Mangi.* II. 64.

HYPERBOREI. v. *Polus, Tartari* Hyperborei.

I.

JACELICH. Patriarcha Jacobinorum Moſulenſis *I. 15.*

JACI. Metropolis regni *Camjam.* Emporium. Incolæ *Idololatræ. Neſtoriani. Mohammedani II. 39.*

JACOBINI in *Cardis. I. 15.* regno *Moſul. ib. Tauriſii. I. 17.*

JANUA. Urbs. *I. 11.*

JASDI.

JASDI. Civitas *Perſiæ.* Magna. Emporium. Incolæ *Mohammedani, artifices*; in ſerico maximè. *I. 20.*

JASPIDES, reperti in fluviis. *I. 42. 43.*

JAVA. MS. *Jana.* (1.) Major. Inſula magna. Diſtat *Ciamba* milliaribus M D. Sita ad meridiem ejus. (vel inter Meridiem & Sirochum. MS.) *Ambitus* milliaria ter mille. *Rex* abſolutus. abundat (*Cubebis*, MS.) *galangâ, garyophyllis, nuce muſcatâ, pipere, ſpico.* Incolæ *Idololatræ. III. 10.* (2.) Minor. Diſtat à *Petan* milliaribus centum. Sita abinde ad Sirochum. *Ambitus*, milliaria IIM. regna ejus octo, quorum ſex, in quibus fuit, autor nominat. *Lingua* pecularis. abundat terra hæc *aromatibus* inuſitatis (apud nos) Eſtque adeò remota à polô arcticô, ut *ſtella polaris* videri nequeat. *III. 13.*

IDOLA lapidea, lignea, lutea. *I. 49.* quibus cujusque familiæ progenitores deſignantur. *II. 41.* alia capite vel *bovino*, vel *canino*, vel *porcino*, *III. 7.* vel & *arietino.* MS. *ib.* faciebus quatuor. *III. 7.* tricipitia. quadrimana. *ib.* Imò (decem. MS.) viginti, centum (pluriumque MS.) manuum. *ibid.*

IDOLOLATRÆ. Incolæ terrarum: *Amu. II. 47. Anganiam. III. 21. Arcladam. II. 41. Bangala. II. 45. Baſcia. I. 35. Relor. I. 37. Bœach. III. 11. Campition. I. 49. Camul. I. 46. Cangigu. II. 46. Caniclu. II. 38. Camjam.* II. 38. *Caraji* ferè omnes II. 31. *Cheſimur.* I. 36. *Chinchintalas.* I. 47. *Chunchi.* II. 32. *Ciamba.* III. 9. *Conigangui.* II. 55. *Dragojam* III. 17. *Egrigaja.* I. 63. *Erigimul.* I. 62. *Ezina.* I. 50. *Ferlech.* III. 4. *Gingui.* II. 49. *Jaci.* II. 39. *Java.* III. 10. *Lambri.* III. 18. *Maabar.* III. 28. *Melibar.* III. 34. *Mien.* II. 44. *Murfili.* III. 29. *Necumm.* MS. III. 20. *Quenquinafu.* II. 32. *Sachion.* I. 45. *Samara.* III. 16. *Seilam.* III. 22. *Singui.* I. 62. *Singuimatu.* II. 51. *Tandinfu.* ib. *Tartaria* Hyperborea. III. 47. *Tebeth.* II. 36. *Tenduch.* I. 64. *Tholoman.* II. 48. *Zanzibar.* III. 41. *Zipangri.* III. 7. conf. *Monaſteria, Pagani.*

IMAGINES Leonum, Solis, Lunæ, Grifalcorum in tabulis ſculptæ, privilegia *Chanica.* II. 7. vid. cap. 15. 27. Leonum, Draconum, aciumque imaginibus picti *Cangiguenſes.* II. 46.

INAURES ex argento & margaritis. I. 35.

INCANTATORES. Baſciani. I. 35. Reobardici, qui tenebras aliquot dierum quaſi excitant. *I. 22.* Chriſtiani in *Scoira.* III. 38.

INDIA triplex: Major, Minor, intermedia. III. 43.

(1.) *Major* incipit à regno *Maabar*, deſinitque in regno *Reſcomomm.* III. 43. Ad hanc ſpectant *Melibar.* III. 34. *Maabar.* III. 23. quæ & ipſa *India Major* dicitur; *ib.* & III. 27.

(2.) *Minor* incipit à *Ciamba*, deſinitq;

ſinitque in regno *Murfili*. III. 47. Ad eam ſpectat & *Gozurath*. III. 35.

(3.) *Intermedia*, Abaſcia dicitur. III. 43.

INFAMES. vini potores, vid. *Teſtes*.

INSULÆ. (1.) ſine nomine. *a.* Extremi Aquilonis. I. 61. Quarum aliquæ adeò ad Aquilonem vergunt, ut Polus arcticus ibi ad meridiem deflectere videatur. *ib. b.* in flumine *Quiam*. II. 60. *c.* parva quædam ad *Zipangrin*. diſtans inde milliaribus quatuor. haud habitata. Eò nonnunquam abripiuntur *naves Tartaricæ*. III. 4. *d.* Aliæ adhuc parvæ quædam inſulæ Oceanicæ inter *Mangin* & *Zipangrin*. Numero circiter VII cIↄ IↄXLVIII. Pleræque habitatæ. Ibi *arbores odoriferæ. piper albiſſimum* æquè ac *nigrũ*. frequentatur à *Manginis*, qui nonniſi annô integro iter illud conficiunt, & quare. III 8. procul Indiâ. MS. *ibid. e.* alia propè regnum *Var*. III. 22. *f.* aliæ in *Ruthenia*. III. 50 *g.* aliæ in *mari Indico*, circiter XII cIↄ Iↄcc. III. 42. *h.* aliæ, ad quas *Facfur*, regno exuendus, fugiebat. II. 54.

(2.) Nominatæ. *a.* FOEMININA. Unde ſic dicatur. Diſtat inſulâ *Maſculina* milliaribus triginta. Sita ad meridiem regni *Keſmacoram*. Diſtat illo milliaribus Iↄ. *b.* MASCULINA ſimiliter Incolæ ſine *Rege* ſunt. Subſunt tamen *Epiſcopo*. Veſcuntur *carne, lacte, piſcibus, riſo*. Abundat inſula (*Ambra*, MS.) *Piſcibus*, quos & ſiccant, *riſo*. III. 37. Præterea *Anganiam. Necuram. Petan. Scoira. Seilam. Sondur. Zanzibar. Zipangri*, Ad inſulas *navigandi* cauſa XVM, naves à Cublâ ſuſtentatæ II. 52.

INSIGNIA. Najami, *crux* Chriſti. II. 4.

INSTANICH. Regnum *Perſiæ*. I. 19.

INUSITATA apud nos *Animalia*. III. 31. 32. 45. *Aromata*, *Javæ* minoris. III 13 *Aves*, *Madaigaſcaris*. III. 39. & regni *Var*. III. 26.

JOCALIA. I. 1. 16.

JOHANNIS Baptiſtæ templum Samarcandenum, à Gingiſchani filio conditum. I. 39.

JUDÆI. in *Abaſciâ* reperti. III. 43. inque *Coilum*. III. 31. Stigmata Abaſcianorum. III. 45. Tartarici crucẽ Chriſti convitiantes à Cublà compelluntur. II. 6.

JURABAT Cubla per caput ſuum, perque imperialem coronam. II. 3.

L.

LAC. Siccatum. I. 59. lacte, melle & vino fluentes rivuli. I. 28.

LACUS. Provinciæ *Caniclu*. II 38. *Camjam*. II. 39. *Zorzania*, vid. *Chelucelam*.

LAE. Regnum. ad occidentem *Maabar*. ibi *Abrajamim*. III. 30.

LAMBRI. Regnum Javæ minoris, Abun-

Abundat *aromatibus, hircis, unicornibus.* Incolæ *Idololatræ*,. quidam etiam *caudati*. III. 18.

LANCEA. II. 67.

LAPIDES *Chamici* lignorum inſtar ardentes. II. 26. & MS. 45.

LAZULUS, ſeu *lapis Lazuli*, effoditur è montibus *Balaſciæ*. I. 34. inque regionibus *Gog & Magog*. I. 64.

LEGATIO. *a. Chani* ad Pontificem prima. I. 4. ſecunda. I. 10. ad reliquos principes Chriſtianos. I. 10. *b. Allaui* ad *Cublam*, magnum Tartarorum regem. I. 2.

LEONIBUS abundant terræ: *Abaſia*. III. 45. *Balachi*. I. 31. *Caniclu*. II. 38. *Chunchi*. II. 33. *Comari*. III. 32. *Eli*. III. 33. *Fugui*. II. 67. *Gingui*. II. 49. *Madaigaſcar*. III. 39. *Quelinfu*. II. 68. *Zanzibar*. III. 41. Leones *albi, nigri, rubri*. II. 20. *Babylonici*. II. 17. *Cicur*, Cublæ. II. 15. *crudeliſſimi* in *Cingui*. II. 49. devorati à ſerpentibus. II. 40 *nigri*. III. 31. *Tartarici* majores, venatici, quorum quidam vehiculis ducuntur. II. 17. Leonum exuviis pilenta Chanica obducta II. 19.

LEONTIÆ. MS. III. 32. 39. 41. 43. 45.

LEOPARDIS abundant terræ: *Abaſcia*, III. 45. *Comari*. III. 32. *Madaigaſcar*. III. 39. *Zanzibar*. III. 41. Leopardus Cublæ domeſticus. I. 65. aliique cicures & venatici. II. 17.

LEPORES Tatarici. II. 17.

LEUCA. I. 14

LIBERI trecenti & viginti ſex regis *Ciambæ*. III. 9.

LIGNI penuria *Cathaja* laborat. II. 26.

LINGUIS *peculiaribus* utuntur incolæ terrarum: *Amu*. II. 47. *Balaſciæ*. I. 34. *Bangala*. II. 45. *Baſciæ*. I. 35. *Baſman*. III. 15. *Boeach*. III. 11. *Cambaeth*. III. 36. *Camul* I. 46. *Cangigu*. III. 46. *Camjam*. II. 39. Hæc valdè difficilis eſt, *ib. Caſſar*. I. 38. *Cheſimur*. I. 36. *Ciamba*. III. 9. *Coilum*. III. 31. *Dragojam*. III. 17. *Eli*. III. 33. *Figui*. II. 70. *Gozurath*. III. 35. *Javæ* minoris. III. 13. *Maletur*. III. 12. *Mangi*. II. 70. *Melibar*. III. 34. *Mien*. II. 44. *Reſmacoram*. III. 36. *Sachion*. I. 45. *Scaſſem*. I. 33. *Semenath*. III. 36. *Tana*. III. 36. *Tartaria*. I. 2. Suntque eorum Linguæ plures, quàm quatuor. I. 8. *Tebeth*. II. 37. *Tholoman*. II. 48. *Turchiæ*. I. 12. *Zanzibar*. III. 41.

LITERÆ Tartaricæ. I. 8. Literis carent incolæ *Arſadam*. II. 41.

LOEACH. v. *Boeach*.

LOP. Civitas ad introitum *deſerti Lop*. Incolæ *Mohammedani* I. 44.

LOTIONES corporis binæ de die. III. 25.

LOR. regnum Perſiæ. I. 19.

LUG. v. *Gog*.

LUPI Tartarici. II. 17.

LYNCES venaticæ. II. 17. terræ *Caniclu*. II. 38.

M.

MAABAR. Regnum Indiæ majoris. Diſtat Seilam milliaribus LX: eſtque continens (ſeu terra firma, MS.) regna quinque. Primum *Var*. *Rex* nudus, torquatus, polygamus, ornatus gemmis, unionibus, auro ad crura, brachia, digitosque manuum & pedum. Centies quater de die orat. III. 23.

MADAIGÁSCAR. Inſula eſt ex majoribus & ditioribus. Ambitus IVCIↃ mill. Sita ad meridiem Scoiræ. Diſtat inde mill. mille. Incolæ nullo ſub *rege* ſunt. Reguntur tamen à *quatuor Senioribus*. Terra feraciſſima *Camelorum*, *Cervorum*, *Damarum*, *Elephantum*, *Leonum*, *Leopardorum*, &c. *Avium* quoque rariſſimarum, ac apud nos inuſitatarum, ex quibus RUC eſt; *Ambra*, *Santali* rubri. Ibidẽ mare maximè æſtuat. III. 39. conf. c. 40.

MAGI terrarum: *Dugojam*. III. 17. *Maabar*. III. 23. *Tartaria*. I. 64. *Var*. III. 24. Idolorum Miniſtri. II. 41. *Choreis* Dæmones excitantes. *ib*. v. *Aſtrologi*, *Incantatores*.

MAGÆ II. 41.

MAGOG. v. *Gog*.

MALETUR. MS. *Maleny*. Regnum. abundat *aromatibus*. *Lingua* peculiaris. III. 12.

MANGALA *Cublæ* filius. II. 32.

MANGI. Regnum eſt latiſſimum. II. 64. & populoſiſſimum. II 63. Situm eſt ad fluvium *Caramoram*. II. 51. Protenditur ad *mare*. II. 28. Provinciæ ejus novem ſunt. II. 64. 70. Ex his *Concha* eſt. II. 69. & *Quinſai*. II. 64. Nec niſi duas autor peragravit. II. 70. Civitates Regni hujus mille ducentæ erant. Quarum ſingulis præſidiis Chanicis proſpectum erat. II. 64. Inter eas erat *Conigangui*, quæ prima eſt exteris regnum Mangi ingreſſuris. II. 55. Et hæc una ſola regni porta eſt. II. 56. Regia verò *Quinſai* erat. II. 64. ABUNDAT regnum hoc *Riſo*, ex quo vinum parant; *Saccharo*, aliisq; aromatibus. *Serico*. II. 65. CONFINIA Regni hujus hæc ſunt: *Achalecmangi*. II. 34. *Sindinfu*. II. 35. *Oceanus* ab Oriente terræ. III. 8. DISTAT inſulâ *ZIPANGRI* milliaribus 1500 III. 2. INCOLÆ *Aſtrologiæ* dediti ſunt. II. 64. *Nomina* familiæ & equorum in tabellas deſcripta, publicè ſuſpendunt ſupra ædium fores. *v*. *Nomina*. REX ejus quondam FACFUR erat. Pòſt captum à *Cubla*. II. 53. *vid*. *Facfur*. Cubla verò regnum in novem *provincias* diſtinxit, & cuique *Regulum* dedit, qui ſibi *tributum* penderet, & *rationes* redderet. II. 64. *v*. *Quinſai*.

MANUS, quo plures idolorum, eò veriora habentur illa à *Zipangriis*. III. 7.

MARE. *a*. *Creanum*. *I*. 23. leg. *Oceanum*. *Congelarum*. III. 50. *Indicum*, navigatum ab *Indis*. III. 1. *Mediter-*

diterraneum. I. 1. v. *Oceanus. Pontus Euxinus.* a mari abſorpta pars inſulæ Seilam. III. 2. mari ſeſe navibus committentes pro hominibus deſperatæ vitæ habitis. III. 25. mare vix quatuor paſſus profundum inter *Boeach* & *Petan*, idque per milliaria ſexaginta. III. 12.

MARGARITIS ſcatent: Lacus provinciæ *Caniclu*. II. 38. Sinus *Maabaricus*, & alius quidam locus. III. 23. tractusque *Gozurath*. III. 35. *Var*, regni *Maabar*. III. 23. *Zipangri*. III. 2. Emporium *Margaritarum*: *Cormoſa*. I. 23. *Fugui*. II. 69. *Piſcandi* margaritas ratio. III. 23. Margaritæ *rubentes*. III. 2.

MARINARII pro *Remigibus*. MS. III. 1. 42.

MASARCIS. Neſtorianus quidam. Obtinet præſulatum à Chano. ædificat duas Eccleſias in *Cingianfu*. II. 61.

MASCULINA inſula. v. *Inſula*.

MAYMONES. MS. III. 45.

MEDITÆ. Sic appellati incolæ *Bargu*. I. 61.

MEDICI. a. non erant in *Arcladam*. nec in *Caniclu* aut *Camjam*. II. 41. b. erant in *Coilum*. III. 31. *Singui*. II. 63. Medici *Cublæ*. II. 20. c. eorum loco Magi conſulti. II. 41.

MELIBAR. regnum Indiæ majoris (minoris. MS.) ad occidentem regni *Eli*. *Rex* abſolutus. *Lingua* peculiaris. Incolæ *idololatræ*, *Piratæ*. abundat (cucurbitis, MS.) *nucibus Indicis*, *pipere*, *zingibere*. III 34.

MERETRICES intra Civitatem *Cambalu* non toleratæ. In ſuburbiis verò vel XXM. alebantur. II. 11.

MESSIS in Martio. I. 23.

* *METEMPSYCHOSIS.* III. 24. 30.

MIEN. urbis regnique nomen eſt. II. 42. a. Regnum Indiæ ad meridiem confine eſt. II. 43. b. Civitas, metropolis, ſubjecta Chano. Incolæ *idololatræ*. II. 44.

MILIO abundat *Balaſcia*. I. 34. *Perſia*. I. 19.

MILLIARE. I. 14. & *paſſim*.

MIRACULA. a. montis translati. I. 18. b. templi D. *Johannis* Bapt. I. 39. c. & S. *Thomæ*. III. 27.

MOGUTH. magni cujuſdam Chani nomen. I. 46. v. *Mongu*.

MOHAMMEDANI. iidem qui *Saraceni*. I. 39. reperti ab autore in terris: *Balaſcia. I. 34. Campition. I. 49. Carcham. I. 40. Cardi. I. 15. Caſſar. I. 38. Cathay. I. 62. Chinchintalas. I. 47. Cobina. I. 26. Cormos. I. 23. Cotam. I. 41. Egrigaja. I. 65. Erigimul. I. 62. Ferlech. III. 14. Jagi. II. 39. Jasdi. I. 20. Lop. I. 44. Madaigaſcar. III. 39. Moſul. I. 15. Mulete. I. 27. Peim. I. 42. Perſia. I. 19. Sachion. I. 45. Samarcha. I. 39. Singui. I. 62. Sopurgam. I. 30. Suchur. I. 48. Taicam. I. 32. Tauris. I. 17. Tenduch. I. 64. Timochaim. I. 27. Turchia. I. 12.*

MONACHI Idololatrici. I. 66.

MONASTERIA Idololatrica. *I.* 45. 49. II. 28. III. 24. Caput omnium eſt, quod eſt in inſula ad Civitatem *Caigui*. II. 60.

MONETA terrarum: *Arcladam, aurea*. II. 41. *Boeach*, glebæ auri (vel porcellanæ. MS.) III. 11. *Caniclu*, virgulæ *aurea*. II. 38 & ex *ſale*. ibid. *Camjam*, lapilli ex mari (vel *porcellana*, MS.) II 39 *Cubla*, ex corticibus *mori* II. 21. quæ tum ſub pœnâ capitis ſola in uſu erat. ib. *Tartarica*. II. 21. *Tebeth*, corallia. II. 37. *Tboloman*, glebæ *aurea* ex mari. II. 48 Moneta Chanica recipitur etiā in *Panchi*. II. 56.

MONGU. Rex Tartariæ Gingiſchanidarum quintus. Inter exequias ejus ferè XXM. hominum occiſi. I. 54. v. *Mogutb*.

MONILIA aurea & argentea ab utroq; ſexu geſtata in *Amu*. II. 47.

MONS. *a*. miraculo translatus ap. *Tauriſium*. I. 18. *b*. mons, ubi arca Noæ reſedit. I. 13. *c*. mons toto mundo altiſſimus. I. 38. *d*. mons perpetuò viridis prope *Cambalu*. II. 9.

MORI, arbores. Ex earum corticibus moneta. II. 21.

MOSUL. Regnum prope *Armeniam* majorem. Incolæ *Arabes*, *Mohammedani*, *Neſtoriani* item & *Jacobitæ*. I. 15.

MULETE. Regio, regno *Timochaim* vicina. Ejus Dominus tunc temporis *Alaodinus* erat. Tyrañus nefarius, ab Allauo tandem interfectus. I. 28.

MULI Turcici, magni valoris. I. 12.

MUNERA novi anni. II. 15.

MUNGUG. v. *Gog*.

MURFULI MS. *Mutfili*, regnum. Diſtat Maabare milliaribus mille. (ſitum ab inde ad Septentrionem. MS.) Incolæ *Idololatræ*, haud *tributarii*. Veſcuntur *carne*, *lacte*, *riſo*. Montes *Adamantibus* ſcatent. Terra ipſa *aquilis* albis, *arietibus* multò maximis, (*bucurımo*, MS.) *ſerpentibus* magnis, *victualibus*. III. 29. 43.

MUSCHUM ferunt terræ: *Achalecbmangi*. *II*. 34. *Catbai*. *I*. 62. *Tebeth*. *II*. 37. Optimus Cathaicus eſt, & incomparabilis. Eſt autem ſanguis animalis cujusdam collectus in aliqua veſicâ, quæ eſt ad umbilicum illius inter cutem & carnem. I. 62.

Muſchi ANIMAL Catti magnitudine eſt. Pili groſſi, ut cervorum. Pedes ungulati. Dentes quatuor. Quorum duo ſuperius, duo inferius ſiti ſunt. Longitudo illorum tres digiti. I. 62. Dicitur *Gadderi*. II. 37. reperitur in viridariis *Cambalenſibus*. II. 9. & in *Achalecbmangi*. II. 34. ac *Tebeth*. II. 37.

MUSICA inſtrumenta, eaque in *exequiis* uſitata. I. 45. II. 64.

N.

NAJAM. Cublæ patruus, præfectus, adverſarius. II. 2. rebellans quippe, bellumq; unà cum *Caydu* molitur

litur adverſus Cublam. *ib.* vincitur, capitur. *II. 4.* mirè ſuffocatur. *II. 5.* Chriſtianus, ſed nominetenus tantùm. II. 4.

NATALIS à nemine non apud Tartaros celebratur. II. 14.

NAVIUM copia ad urbes *Coniganguí. II. 55. Gingui. II. 49. Sirigui. II. 59. Tingui. II. 57.* *a.* Naves *bellicæ.* III. 3. & MS. II. 54. *Cormoſenæ*, haud adeò tutæ. Earum una arbor, unum velum, unus temo, unum opertorium. Quomodo compingantur. I. 23. *Cublæ*, XVM. ad oſtium fluvii *Caromoram.* Earum maximæ *viginti* circiter *nautas* ferunt, & *quindecim equos* cum totidem equitibus, & quorumlibet apparatu. II. 52. vid. MS. II. 59. Habebantur prætereà VM. naves ad ſingulas civitates XVI. provinciarũ, quas *Quiam* alluit. Erat autem harum navium unum tantùm *ſolarium*, unus *malus.* II. 59. *Indicæ* autem majoris ex *abietibus.* (*barcha* epidromæ duæ. MS.) *Latera*, oleo calci mixto, picis loco uncta. *mali*, quatuor. *manſiunculæ* pro mercatoribus circiter XL. (vel LX. MS.) *Onus*, VIM ſportæ piperis. *Remiges*, circiter ducenti. *Rimæ*, ſtuppâ differtæ. *Solarium*, unum. *Tabulæ*, ferro compactæ. *Vela*, quatuor. *b.* minores, ſeu naviculæ & Barchæ, quæ majoribus adhærent. *Onus*, mille ſportæ piperis. *Remiges* quadraginta. Inſerviunt *piſcationi*, anchoris jaciendis (& trahendis porrò navibus majoribus, Id quod remiges faciunt æquore ſedato.) III. 1. *Piraticæ*, regnorum *Gozurath* & *Melibar.* III. 34. *Tartaricæ.* Quibus erant quatuor mali, totidemque vela. I. 10. In Provinciâ *Gingui* homines in ipſis navibus à leonibus vix tuti ſunt. Niſi ſcil. noctu in medio flumine conſiſtant ſub anchoris. *II. 49. v. Anchora, Cannabis.*

NAVIGATUM. *a.* è *Cleminiſu* (*I. 6.*) in Indiam. I. 9. 10. navibus quatuordecim, quibus ſexcenti viri vehebantur. I. 9. Ventum eſt *Javam* ſpatio trium menſium. Inde multo tempore *ad Argonis* palatium. I. 10. *b.* è *Mangi* ad inſulas Oceani. III. 8. *c.* è *Zarten* & *Quinſai* in *Zipangri.* III. 3.

NAVIGUI, regio, ad occidentem (*Mangi*, an urbis *Tangui*) abundat *frumento, pannis* ex ſerico. Metropolis, *Sianfu.* II. 58.

NAUFRAGI, improbè deluſi. III. 33.

NECURAM. MS. *Pecuram.* Inſula, diſtat *Java* milliaribus CL. (vel CXL. MS.) vicina inſulæ *Anganiam.* Abundat *bircis, garyophyllis, nuce Indica, Santalo.* Incolæ *beſtiales.* (*idololatræ.* MS.) omninò *Nudi*, ſine *Rege.* III. 20.

NEGOTIATIONIBUS abſtinent incolæ *Ezinæ.* I. 50. *Sachion.* I. 45. *Suchur.* I. 48.

NESCORDIM. Præfectus Cublæ. II. 41.

NESTORIANI. Eccleſiam habebant in *Quinſai.* II. 64. duas in *Cingianfu.*

gianſu. II. 61. Reperti ſunt & in *Carcham*. I. 40. *Cardis*. I. 15. *Casſar*. I. 38. *Chinchintalas*. I. 47. *Erigimul*. I. 62. *Jaci*. II 39. regno *Moſulenſi*. I. 15. *Sachion*. I. 45. *Singui*. I. 62. *Tauriſii*. I. 17.

NICOLAUS, comes Paulinorum. I. 6.

NOÆ Arca. v. *Arca Noa*.

NOMINA familiæ & equorum quisque paterfamilias per totum regnum *Mangi* in tabulis deſcripta ſupra ædium fores ſuſpendere ſolebat. Eas verò tabulas toties corrigebat, quoties vel ſibi aliquis naſceretur, aut moreretur, vel hoſpes accederet aut diſcederet. Sic tabernarii viatorum nomina, menſes item atque dies, quibus venerant, publicè deſcribebant. II. 64.

NONSANCHUM. MS. *Voſanchim*. Dux bellicus Cublæ. III. 3.

NOVERCÆ duci ſolitæ in uxores. I. 49.

NOVUS ANNUS Tartaricus, die primo Februarii. II. 15.

NITAGAI. v. *Ind. Gloſſar.*

NUCE a. Indica abundat *Melibar*. III. 34. *Necuram*. III. 20. *Samara*. III. 16. *b. Muſcatâ*, *Java*. III. 10.

NUDI incedunt, *a.* ſed tectis pudendis, incolæ terrarum *Coilum*. III. 31. *Scoira*. III 38. *Var*. III. 36. *Zanzibar*. III. 41. Rex ipſe *Maabaricus*. III. 28. *b.* ſine etiam pudendorum tegmine *Abraiamim*. III. 30. & incolæ *Necuram*. III. 20.

NUMERUM civium & quorumvis hominum, quâ ratione Mangini facillimè nôrint. II. 64. v. *Nomina*.

O.

OCEANUS. Borealis. I. 61. Indicus. *I.* 16. ubi *Cormoſa* eſt. *I.* 23. Oceano diſtat *Quinſai* milliaribus XXV. II. 64. in Oceanum ruunt (*Brius*. MS. II. 39.) *Caromoram*. II. 31. *Puliſachniz*. II. 27. (*Quianſu*. MS. II. 35.)

OLEUM Lampadis, quæ juxta Domini ſepulcrum ardebat. Deſideratum a Cubla. I. 4. Allatum illi. I. 7. 10. Olei fons in Armenia majore. I. 13. calce mixtum, ac picis vice uſurpatum. III. 1. *Seſaminum*, uſitatũ in *Abaſciâ*. III. 45. *Balaſciâ*. I. 34. *Maabar*. III. 28. *Seilam*. III. 22.

OLIVIS caret *Balaſcia*. *I.* 34.

ONAGRI. in *Abaſcia*. III. 45. circa *Cambalu*. II. 17. inter *Crerman* & *Cobinam*. *I.* 25. interque *Crerman* & *Jasdi*. *I.* 20. ad *Ezinam*. *I.* 50. in *Tartariâ* Hyperboriâ. III. 47.

ORATUM pro incolumitate Chani à Paganis, Judæis, Saracenis, ac aliis. II. 14.

*ORYZA. v. *Riſum*.

OVA. ſine *igne*, ſolô aquæ calore *cocta*. III. 31.

OVIBUS abundat *Tartaria* Hyperborea. III. 47.

PAGA-

+Maabares

P.

PAGANI in *Coilum*. III. 31. *Seilam*. III. 22. v. *Idololatræ*.

PALATIA imprimis magnifica. *Cublæ*. II. Regis *Zipangri*. III. 2.

PALLIUM. Sub *Pallio* deduci, autoritatis indicium. *II. 7.* confer c. 38.

PALMÆ. v. *Dactyli*.

PAMER. Locus. Longitudine diætarum XII. I. 37.

PANCHI. Civitas Mangi. Diſtat diætâ ab urbe Conigangui. Sirochum verſus. Emporium. Abundat *Serico* & *victualibus*. II. 56.

PANIS ex *oryzâ*. II. 39. III. 16. 19. ex *tritico*, ſed haud edulis. I. 24. II. 39. bis coctus. III. 46.

PANNIFICIUM ex corticibus *arborum*. II. 49. ex *ſerico*. paratur ab incolis *Baldach*. I. 16. *Cacauſu*. II. 30. ad *Caromorum* fluvium. II. 31. *Cingianfu*. II. 61. *Cormoſa*. I. 23. *Jasdi*. I. 20. *Geogui*. II. 28. *Moſul*. I. 25. *Navigui*. II. 58. *Perſiæ*. I. 19. *Singui*. II. 63. *Tauris*. I. 17. *Tenduch*. I. 64. *Turchiæ*. I. 12. *Zorzaniæ*. I. 14.

PAPA ſalutatur à Cublâ per legatos. *I. 4.*

PAPAGAII. MS. *Papagalli*. Hi ſunt *Pſittaci*. III. 31. Iis abundat *Cormoſa* I. 23. albis verò *Coilum* III. 31.

PARTURIENTIBUS prodeſt fel ſerpentis *Carajamenſis*. II. 39

PATRUM obtutu Idololatriam defendunt *Zipangrii*. *III. 7.* Rubinum negat Cublæ rex *Seilamenſis*. *III. 22.*

PAULLI. *Nicolaus* & *Matthæus* Pauli. MS. *I. 4, 7, 9.* Fratres Civesque Veneti. *I. 1.* mercatum profecti *Venetiis Conſtantinopolim*, mox in *Armeniam*, indeque in *Tartariam* penetrant. NICOLAUS uxorem gravidam domi reliquerat. Ea ergò intereà *Marcum* illi pariebat. Sed & ex partu mox vitam finiebat. *I. 5.* MARCUS iſte, Nicolai filius, Matthæi verò ex fratre nepos, annos quindecim natus erat, cum illi redirent ex *oriente*. Anno verò ætatis 17. unà cum iis in Tartariam abit. I. 5. Is *Auctor* eſt horum librorum. I. 10. *Annis* ſeptendecim Cublæ ſerviit I. 8. Annos *viginti ſex* in Oriente tranſegit. MS. I. 10. annis *tribus* Præfectus Chanicus fuit in urbe *Yangni*. II. 57. *Duas* tantùm regni *Mangi* provincias vidit II. 70. Inſulas verò Oceanicas non vidit. III. 8. nec duo regnorum *Java* minoris. III. 13. & MS. III. 19. *Latinè* ſcivit. *præfat. Baſil.* Norat quatuor *Linguas Tartaricas*. Tartaricè etiam legebat & ſcribebat. I. 8. Miſſus à Cubla in regionem, quæ *ſex menſium itinere* regià Cublæ diſtabat. I. 8. & in aliam, quæ *quatuor menſium iter* requirebat. II. 27. *Studioſè* obſervavit gentium *ritus*, hominum *mores*, animalium *naturas*, terrarum *proprietates*, locorum *ſitus* & admiranda. I. 8. Ceterum PAULINI iſti per annum *Campitione Tanguthæ* morati ſunt. I. 49. *Machinas* paraverunt, quibus *Sianfu* victa,

victa. II. 58. tandem deſiderio viſendæ patriæ tenentur. Ægrè à Cubla dimittuntur Obtinent tamen, quod volunt, per legatos Indicos. Cumq; iis ſponſum Argonis comitantur. I. 9. Ex *India Conſtantinopolim* redeunt, & inde *Venetias*, opulenti & honorifico cum comitatu. I. 10.

PEDAGIA. II. 35.

PEDOTÆ. MS. *III.* 42.

PELLIBUS veſtiuntur: *Taicamenſes. I. 32. Tebethenſes. II. 37. Armelinorum* verò *Zebellinæ* pelles pretioſiſſimæ. *II. 20.* His, ut & *Vulpinis Tartari* ditiores veſtiuntur. *I. 56.*

PEIM. a. Regio, quinque diætas longa. Chano ſubjecta. *b.* Urbs, ad *fluvium* ſita, qui *gemmas* fert. Abundat *Bombycibus* & *victu*. Incolæ *artifices, mercatores, Mohammedani*. I. 42.

PERSIA. Olim latiſſima & magni nominis. I. 19. Pòſt (autoris ætate) à Tartaris diſſipata, valde obſcura. Nomen tamen vicinis quoq; regionibus tributum. Hinc octo complectebatur Regna. ~~*De quibus vid. I. 19.*~~ Perſidi etiam *Bochara* tribuitur. I. 1. nobilitata *aſinis* magno emtis. *equis* valde caris. Abundat *Bombycibus, hordeo, milio, tritico, vino, &c.* Incolæ *artifices, Mohammedani*, peſſimi. I. 19.

PEPONIBUS abundat *Sopurgam*, ubi ſecantur, ſiccanturque ad eſum. I. 30.

PERDICES inter *Crerman* & *Camandu. I. 21.* & *Cormos. I. 24.* apud *Cianiganiorum. I. 64.*

PETAN. MS. *Pentam.* Inſula. Diſtat *Boeach* milliaribus Iↄ ſita ad meridiem ejus. maximam partem ſylvoſa. arbores *odorifera.* III. 12.

PHASIANI. v. Faſiani.

PHILOSOPHI in *Singui. II. 63.*

PIANFU. Civitas prægrandis. *Serico* abundans. Diſtat ſeptem diætis à regno *Tainfu*, occidentem verſus. II. 29. & à caſtro *Chincui* diætis duabus. II. 30.

PILORCHA. chorda ex arundinibus, quâ naves trahuntur. II. 59.

PIPERE abundant: *Coilum. III. 31. Eli. III. 33. Gozurath. III. 35. Java. III. 10. Melibar. III. 34.* albiſſimum ubi? MS. *III. 8. vid.* & *III. 1.*

PIRATÆ. III. 33. 34.

PISCIBUS abundat: Lacus provinciæ *Caniclu.* II. 38. & *Carajam.* II. 39. urbs *Chain.* II. 56. *Eſcier.* III. 46. Inſula *Maſculina.* III. 37. regnum *Samara.* III. 16. *Scoira.* III. 38. Piſces margaritarum piſcatoribus infeſti. III. 23.

PISTACHIS abundat *Camandu.* I. 22.

PLUIT in regno *Var* non niſi in Junio, Julio & Auguſto. III. 26.

PLUMARIUM opus. I. 21. v. *Acupictores.*

PIX. II. 70. eâ carent *Indi.* III. 1.

POLUS. I. 61. III. 13, 32. conf. 34, 35, 47, 50. hoc eſt, ſtella quædã Transmontana. MS. III. 13, 32. v. *Urſa major & minor*.

POMIS Paradiſi abundat *Camandu*. I. 22. conf. III. 30.

PONTES altiſſimi, adeo ut naves erectis malis ſubtus tranſire queant. Talium reperit auctor circiter VICIↃ. in urbe *Singui*. II. 63. circiter XIICIↃ. in urbe *Quinſai*. II. 64. Pons, quo fluvius *Puliſachniz* tranſitur, II. 27. & *Quianfu*. II. 35. & alius ad civitatem *Quelinfu*, cujus *latitudo* octo paſſus; *longitudo* milliare. II. 68.

PONTUS Euxinus. I. 12.

PORCELLANÆ. MS. II. 39, 48, 70. III. 11.

PORCIS abundat *Gingui*, II. 68. *Turchia*. I. 12.

PORTUS } *Aden*. III. 46. *Eſcier*. ib. *Galza*. I. 6. *Quinſai*. III. 3. *Soldadio*. I. 1. *Zarten*. II. 70.

POTATORES, *Taicamenſes*. I. 32.

POTUS ex *arboribus*. III. 16, 19, 22. ex *ſacchara*. III. 31. & *riſo*. III. 41. & *dactylis*. III. 46. Incolarum *Arcladam*. II. 41. *Caniclu*. II. 38. *Carajam*. II. 39. *Cathai*. II. 25. *Fanſur*. III. 19. *Samara*. III. 16. *Seilam*. III. 22.

PSITTACI Abaſciani. III. 45. v. *Papagaji*.

PRÆDONES famoſi, incantatores, exercitum 10000. ducentes. I. 22.

PRÆFECTI Chanici XII. II. 22.

PRÆSIDIARII Chanici, variarum gentium colluvies. II. 64.

PRECES centum & quatuor quotidianæ regis Maabarici, ejusque Roſarium. III. 23.

PRESBYTER JOHANNES. Rex quidam magnus. I. 51. toto orbe terrarum nominatiſſimus. I. 64. *Uncham* nomine. vid. *Uncham*. Huic Tatari Gingiſchanidæ tributum tandem negant. Deſertum occupantes, ibiq; ſedem figentes. I. 51. olim Dominus *Tenducha*. I. 64. *Darium*, regem vicinum, capit, dimittitque. II. 30.

PRIVILEGIA Chanica. II. 7.

PULISACHNIZ. Fluvius. Diſtat civitate *Cambalu* milliaribus decem. Magnus, navigabilis, in Oceanum ſe exonerat. Tranſitur ponte marmoreo, cujus *longitudo* CCC. paſſus; *latitudo* VIII. *arcus* XXIV. II. 27.

Q.

QUELINFU. Civitas. Diſtat regno *Fugui* diætis VI. urbe *Unquen* milliaribus XV. ſita ad fluvium. Abundat *Galanga*, *Leonibus*, *Serico*, *Zingibere*. ibi *Gallinæ* piloſæ. II. 68.

QUENQUINAFU. Regnum & metropolis regni. *Mangalæ* regia. abundat *ſerico* & quibusque neceſſariis. Incolæ *idololatræ*. *Palatia* duo. II. 32.

QUIAM. Fluvius maximus, & vix parem habens toto orbe. *Latitudo* alicubi X. mill. alibi VIII. alibi VI. *Longitudo* diætæ centum. Ibi *naves* ſine numero, ad ripam ejus civitates circi-

ter ducentæ. Fluit per terminos XVI. provinciarum. II. 79. complectitur *Inſulam* ad urbem *Caigui*. II. 60.

M.S.

QUIANFU. Quianſu. Fluvius. ſecat urbem *Sindinfu*. Piſcoſus, valdè profundus. *Latitudo*, dimidium milliare. ad ripam multæ civitates & caſtra. Oſtia diſtant urbe *Sindinfu* diætis XC. Tranſitur ponte lapideo in ipſa urbe. Eius *longitudo*, milliare; *latitudo* paſſus VIII. ibi Officinæ artificum, domusque publicanorum. ruit in Oceanum per diætas LXXX. II. 35.

QUINSAI metropolis eſt, & ſedes Regis *Mangi*. II. 54. Deſerta à *Facfuro*. Defenſa aliquamdiu à Regina. *Chano* tandem ſubjecta. II. 54. Nona pars regni *Mangi*. II. 65. Urbs nobiliſſima in partibus *Orientis*, uti & *Singui*. II. 63. Inde hæc *Singui*, hoc eſt, *terra civitas* dicta eſt; illa verò *Quinſai*, hoc eſt, *Cæli civitas*. ib. & c. 64. v. *Ind. Gloßar.* Eſt autē maxima totius orbis. II. 64. *Ambitus*, *centum* circiter milliaria. (ne dicam *ducenta*, ut in MS.) *Artifices* & mercatores innumeri. *Cives* carnibus equorum, &c. veſcuntur. Chano ſubjecti. Idololatræ. Munditiei dediti. *Diſtat* urbe Singui diætis quinque: Oceano viginti quinque milliaribus Orientem verſus. Eoque ad portum *Canſu* flumine deſcenditur. *Domus* pleræq; ligneæ. Eſt & ibi *Eccleſia* Neſtorianorum. *Familia* IↃC CIↃ. Familiarum & equorum nomina publicis tabulis deſcripta, ſupra fores ſingularum ædium ſuſpenduntur. vid. tit. *Nomina.* *Fundus* paludinoſus, ut Venetiarum. Complectitur & *Lacum* intra ſe, cujus ambitus triginta milliaria conficit. In ipſo lacu duæ ſunt *Inſulæ*, utraque palatiis ornata, in quibus publica convivia a præcipuis celebrantur. *Moneta* Chanica. *Montem* item complectitur, atque in monte *Turrim*, ex qua oriente *incendio* cuſtodes tabulis ligneis, quas malleis pulſant, cives convocant. Sic & motu facto. Eſt & ibi PALATIUM, olim *Facfuri*. Ejus murus quadratus eſt, & X. milliaria conficit ambitu ſuo. Complectitur item *viridaria*, & in meditullio palatium incomparabile. Viginti namque *aulis* conſtat, quarum quæque XX CIↃ. hominum diſcubitum capit. Sunt & regio more pictæ. *Plateæ* lapidibus ſtratæ & mundiſſimæ. *Pontes* circiter XIICIↃ. Singuli interdiu noctuque à denis cuſtodibus Chanicis. II. 63. *Portu* etiam gaudet *Zipangrin* verſus. III. 3. *Regnum Quinſai* complectitur civitates *Tampingui*, *Gengui*, *Ciangiam*. II. 66. *Sal* copioſè hic paratur. II. 65. *Sedes* reguli Chanici, cui CXL. *civitates* parent. *Thermarum* circiter tria millia. *Turres* publicæ quamplurimæ. In his vicini quique bona ab incendiis ſervant. II. 63.

R.

RACTI Pharaonis. MS. II. 47.

REDITUS Chanici. v. *Cubla*.

REGEM, *a.* non habebant incolæ *Madaigaſcar*, attamen Senatores. III. 39. inſulæ *Maſculinæ*, attamen Epiſcopū. III. 37. *Necurã*. III. 20. regionis *Tenebrarum*. III. 49. *b. proprium* habebant *Bangala*, *Boeach*. III. 11. *Cambaeth*. *Cangigu*. II. 46. *Ciamba*. III. 9. *Coilum*. III. 31. *Drugojam*. III. 17. *Eli*. III. 33. *Gozurath*. III. 35. *Java*. III. 10. *Melibar*. III. 34. *Mien*. II. 46. *Murfuli*. III. 29. *Reſmacorum*. III. 43. *Seilam*. III. 22. *Semenath*. III. 36. *Tana*. ibid. *Tandinfu*. II. 51. *Zanzibar*. III. 41. *Zipangri*. III. 2.

REGIONES ſine nomine. II. 43. alia, quam *Tartariam* Hyperboream voco. III. 47. alia, quam *Glacialem* terram. III. 48. alia, quam ipſe Paulus *Tenebrarum* regionem vocat. III. 49.

REOBARLE. regnum. Metropolis *Camandu*. I. 22.

REPUDIA Campitione Tanguthæ uſitata. I. 49.

RESMACORAM & *Reſcomorum*. III. 43. MS. *Roſmacorum*. regnum (Indiæ maioris MS.) ad occidentem *Gozuratha*. *Lingua* peculiaris. *Rex* proprius. III. 36. 43.

RETIACULUM. I. 22.

REUBARBARUM. montium *Suchur*. I. 48. & civitatis *Singui*. II. 43.

RISUM. MS. *Rixum*. abundè naſcitur in terris *Achalecmangi*. II. 34. *Angania*. III. 21. *Baſcia*. I. 35. *Caigui*. II. 60. *Carajam*. II. 39. *Cheſimur*. I. 36. *Coilum*. III. 31. *Eſcier*. III. 46. *Samara*. III. 16. *Scoira*. III. 38. *Seilam*. III. 22. *Var*. III. 26. inde potiſſimum vivitur in *Angania*, Inſulâ. III. 21. vinumque ex eo conficitur multis in locis aliis. v. POTUS.

RITUS, *Idololatrici*. III. 24. *Funebres*: Viduæ *Cormoſenæ* quatuor annis lugent, & ſingulis diebus fletui vacant. I. 23. de *Manginis* vid. II. 64. *Sachione* defunctos comburunt. I. 45.

RONDES. III. 47, 48.

RUBINIS ſcatent: *Maabar*. III. 23. *Seilam*. III. 22. Rubinus incomparabilis magnitudinis *ibid.*

RUC. Avis, multò maxima. Bipes. Degit in inſulis Madaigaſcari vicinis, certo tantùm tempore viſa. Aquilæ ſpecie. pennæ duodecim paſſuum. Sola *Elephantum* ſurſum ſuſtollit, dejicitque, ut ſic occiſo veſcatur. Differt à *Gryphe*, aliis talibus. II. 40.

RUCHENORUM provincia. MS. *Ruthenorum*. excurrit ad *polum* Arcticum & mare congelatum, ideoq; *frigidiſſima*. Abundat *argenti* mineris, *Armelinis*, *Herculinus*, *Varris*, *Zambellinis*. Sunt & ibi INSULÆ, quæ *grifalcis* & *herodiis* ſeu *falconibus* abundant. Incolæ *albi*, *flavorum* capillorum, *Græcæ* religionis, *pulcri*, Chanis *tributarii*, III. 50.

S.

SACCHARO abundant: *Bangala*. II. 45. *Coilum* III. 31. *Fugui*. II. 69. *Mangi*. II. 65. *Unquen*. II. 68

SACHION. Civitas, ultra deſertum *Lop*, ad ingreſſum *Tangutha*. Incolæ *Mohammedani*. Pauci *Neſtoriani*, plurimi *Idololatra*, iique *Aſtrologi*. *Lingua* peculiaris. I. 45.

SACRIFICIA. de *ſanguine* proprio. II. 41. *Tartarica*. I. 65.

SAGÆ. II. 41.

SAGIUM. eſt uncia. MS. II. 41. 39 plus floreno. MS. II. 65. quingenta ſagia argenti ſunt ferè centum marcæ MS. III. 26.

SAL. ex aqua *inſalubri*, inſalubris. I. 25. *puteali*. II. 39. Salis *coctum*. II. 38, 50, 55, 57, 64, 65. *Montes*, in regno *Taicam*, I. 32. *vectigal*. II. 65. è ſale moneta. II. 38. Salitis piſcibus veſcuntur *Cormoſeni*. I. 23.

SALAMANDRA. Serpens, qui in igne vivere dicitur, orienti ignotus. Eſt verò *minerale* ſic dictum, quod in provincia *Chinchintalas* reperitur. Ex eo pannus conficitur, qui ab igne comburi nequit. I. 47.

SAMARA. MS. *Samaria*. regnum *Javæ* minoris, adeò remotum ad Auſtrum, ut *Urſas* ibi cernere non liceat. Abundat *nucibus Indicis*, *piſcibus*, *riſo*. caret *tritico*, *vino*. Incolæ *anthropophagi*, *beſtiales*, *idololatra*. *Panis* ex riſo. *Potus* ex arboribus. III. 6.

SAMARCHA. Civitas *Caſaris*, magna & egregia. Tunc verò tributaria nepoti magni Chani. I. 39.

SANDALO (MS. *Scandalo*) abundat *Madaigaſcar*. III. 39. rubro, *Necuram*, III. 20.

SANIFU. MS. *Syanfu*. Civitas *Mangi*. ſola toto triennio armis Chani reſtitit. II. 54. tandem verò Machinis, quas Veneti paraverant, victa. II. 58.

SAPPHIRIS abundat *Maabar*. III. 23. *Seilam*. III. 22.

SARACENI, id eſt, *Mohammedani*. I. 39. reperti in *Abaſcia*. III. 43. & *Aden*. III. 44. aliiq, in urbe S. *Thomæ*. III. 27. Frontalia *Abaſcianorum*. III. 45. militabant Cublæ, à quo, cum cruci Chriſti conviciarentur, compeſcebantur. II. 6. militabant & *Seilamenſibus*. III. 22. negotiabantur in *Ferlech*. III. 14. venerabantur corpus S. *Thomæ*. III. 27.

SCASSEM. Civitas. regno *Taicam* diſtans diætis tribus. I. 32. *Balaſcia* totidem. Fluvio diviſa. *Lingua* peculiaris. Ibi *ſues* ſpinoſi. I. 33.

SCOIRA. MS. *Scoria*. Inſula. ad meridiem. Incolæ Chriſtiani. ſub *Archiepiſcopo*. Nudi. nigri. quidam incantatores. Abundat *bombycibus*, *piſcibus*, *riſo*. III. 38.

SCUTELLÆ. v. *Porcellana*.

SEBASTE. Civitas Turchiæ, ubi *D. Baſilius* martyrio coronatus eſt. I. 12.

SEILAM. Inſula ex optimis mundi. Ambitus 240. mill. Sed olim longè amplior fuit. 1. Diſtat *Angania* milliaribus cIↃ. ſita ab inde ad Garbinium. 2. abundat *Amethyſtis* (*Bircis* MS.) *Rubinis*, *Sapphiris*, *Topaſiis*. 3. caret

3. caret *Blado*. 4. *Cibus*, lac, riſum. 5. Incolæ *Idololatræ*, nudi, minimè bellicoſi. Saracenis autem in bellis utuntur, ubi neceſſe eſt. 6. *Oleum* ex ſeſamo. 7 *Potus* ex arbore. 8. *Rex* abſolutus eſt & ditisſimus. III. 22.

SEMENATH. Regnum. (*Indiæ* majoris MS.) ad occidentem Gozurathæ. *Lingua* peculiaris. *Rex* proprius. III. 36.

SENDERBA. MS. *Scuderbas*. Rex *Var*, in regione *Maabar*. III. 23.

SENEX *de Montanis*. *Alaodini* cognomen. I. 28.

SEPULCRUM. *a. Chanorum*, in monte *Alcbai*. I. 53. *b. Dominicum*, viſitatum. III. 44. *c.* Regis *Mien*. II. 44.

SEPULTURA. extra urbem *Cambalu*. II. 11. v. *Exequiæ*.

SERICO abundant: *Armenia minor*. I. 12. *Cacauſu*. *II. 50*. *Cambalu*. *II. 11*. ad *Caromoram* fluvium. II. 31. *Gingui*. *II. 49*. *Mangi*. *II. 65*. *Panchi*. *II. 56*. *Pianfu*. *II. 29*. *Quenquinafu*. *II. 32*. *Quelinfu*. *II. 68*. *Turchia*, ubi à Græcis & Armenis netur. I. 12. *Zorzania*. I. 14.

SERPENTES. Magni in regno *Murfili*. III. 29. multò maximi in *Carajam*. Horum caro, edulis; fel, medicum. II. 40.

SERVI, emptitii, mulierum mancipia. II. 41.

* SESAMUM. v. *Soſima*.

SIANFU. Metropolis regni *Navigui*. Jus dicit XII. civitatibus. toto triennio armis Chani reſtitit. tandem victa machinis, quas Veneti paraverant. aquis cincta. nonniſi ab aquilone adeunda. Belli tempore Naves tutò emittebat & recipiebat. II. 54. 58.

SICCATA in uſum cibi: *Cucurbita*. *I. 30*. *Pepones*. ibid. *Piſces*. *III. 37. 46*.

SIGILLUM imperiale Cublæ, nepoti ejus commune. II. 19.

SIMIIS abundat *Baſman*. III. 15. *Comari*. III. 32. *Baſmanenſes* magnæ & parvæ. hominibus ſimillimæ. captæ depilantur, condiuntur, exiccantur, proque homuncionibus venduntur. III. 15. Sunt & *Comarienſes* hominibus propè ſimiles. III. 32.

SINCELINÆ *aves*. I. 22.

SINCHINTINGUI. Provincia, Cublæ ſubjecta. II. 5.

SINDACUI. Civitas Tenduchæ. clara *armorum* fabris. Diſtat *Cianiganioro* diætis tribus. I. 64.

SINDINFU. Provincia, regno Mangi confinis. Metropolis ejusdem nominis. Ambitus XX. milliar. Olim ſub *Rege* proprio. Ejus *tres* filii urbem *muris* diviſerant. Poſt Chano ſubjecta. Secatur flumine *Quianfu*. II. 35.

SINDON paratur in urbe *Cacauſu*. II. 50. *Geogui*. II. 28. propè *Sindinfu*. II. 35.

SINGUI. A. Civitas. inter *Cathai* & *Cerguth*. Chano ſubjecta. Incolæ *Neſtoriani, Mohammedani, Idololatræ*. Boves Elephantis ferè pares. Cicurati etiam, aratroque admoveri ſoliti. I. 62. v. *Cathai*. B. alia, diſtat urbe *Sianfu* mill. XV. haud magna Abundat *Navibus* ad fluvium *Quiam*. C. Civitas regni *Mangin*. Ambitus, mill. LX. populoſisſima, ſed haud bellicoſa. Abundat *artificibus*, *Mercatoribus*, *Medicis*, *Philoſophis*. Ornata *pontibus* altisſimis, circiter ſex mille. *Montes* vicini *Reubarbarum* & *Zingiber* copiosè ferunt. Incolæ *pannos* ex *ſerico* vulgò conficiunt, & ſerico veſtiuntur.

SINGUIMATU. Civitas, ad meridiem civitatis *Tadinfu*. ad meridiem alluitur *fluvio*, arte diviſo. Subjecta *Chano*. Incolæ *Idololatræ*. II. 51.

SINUGLU. Metropolis provinciæ *Gingui*, ſita ad *fluvium*. II. 49.

SIROCHUS, *venti nomen*. II. 60. III. 10. & *paſſim*.

SMARAGDIS abundat *Maabar*. III. 23.

SOCHAM. regnum Perſiæ. I. 19.

SOGATU. Cublæ Dux bellicus, III. 9.

SOLARIUM, operimentum navis. III. 1. vid II. 59.

SOLDADIϕ. Civitas Armeniæ, portu nobilis. I. 1.

SONDUR. *MS. Gendur*. Inſula, diſtat *Java* mill. Iɔcc. III. 11.

SOPURGAM, Civitas, abundat *peponibus*, quos ſiccant. *Venationibus*. Regio, cui adjacet, ſoli feracisſimi, ſed *aquis* ferè deſtituta & aridisſima, multarum tamen civitatum. I. 30.

SOSIMA. MS. Soſimam. I, 34. III. 22, 45.

SPATA. II. 67.

SPECULA Chalybea. I. 26.

SPICO, MS. *Spica*, abundat *Bangala*. II 45 *Java*. III. 10.

* *SPODIUM*. v. *Eſpondium*.

SPORTA, e. g. Piperis, &c. III. 1.

STIGMATA Judæorum Abaſcianorum per utramque malam. III. 43.

STRATAGEMATA. *Bellica*. circa *Elephantes* hoſtis disſipandos. II. 42. circa *Naves* præreptas. III. 4. 5. *vexilla* hoſtis. *ib*. *vias* tenebricoſas. III. 49.

STRUTHIONES, aſinis haud minores. III. 45.

SUCHUR. Regionis & Urbis nomen. Abeſt à *Chinchintalas* diætis decem orientem verſus. Via inhabitata. Incolæ *Mohammedani*, pauci Chriſtiani. Chano ſubjecti. Abundat *Reubarbaro*. I. 48. pars Tanguthæ. MS I. 50.

SUES ſpinoſi in *Scaſſem*. I. 33.

SULTANUS *Adenis*. III. 46. *Babylonicus*. *ib*. ille hujus ope Aconam cepit. III. 46.

SUSIS. v. *Baldachum*.

T.

TABULÆ *Aureæ* à Chanis dari ſolitæ.

ſolitæ, I. 4, 9. *Privilegiata*, earumq; ſculpturæ. II. 7.

TAGUTH. I. 45. leg. TANGUTH.

TAICAM. regnum, ad Barrapeliotē *Balachi*; & ad Notolibycum urbis *Scaſſem*. Diſtat *Balacho* duabus; *Scaſſemâ* tribus diætis. Abundat *frumento, vino*. Incolæ *Bibones, Mohammedani*. I. 32.

TAINFU, regnum. Diſtat Civitate *Geogui* diætis X. cultiſſimū. abundat *vineis* & *vino*. II. 29.

TAMPINGUI. Civitas, diſtat urbe *Quinſai* diætâ unâ. *Sirochum* verſus. Regio opidò, quaſi *una urbs* eſſet, habitata. Satis ibi *victualium*. Copiæ item *arundinum* ingentium. II. 66.

TANA, MS. *Caria*. Regnum *Indiæ* majoris. Situm ad Occidentem Guzurathæ. *Lingua* peculiaris. *Rex* proprius. III. 36.

TANDINFU. Civitas, olim ſub *Rege* proprio. Pòſt Chano ſubjecta. Jus dicit civitatibus XL. (vel XI. MS.) II. 51. (abundat *ſerico* MS. ib.)

TANGUTH. Taguth. I. 45. *Cerguth.* I. 62. Provincia, magna. *Ita paſſim.* Ejus *Civitates*: *Campition.* I. 49. *Ezina.* I. 50. *Sachion.* I. 45. *Provinciæ*: *Camul.* 46. *Chinchintalas.* I. 50. *Suchur.* I. 50. Ingreſſus ejus, *Sachion.* I. 45. ultra deſertum (*Lop.*) ibid.

TAROCORAM Carocoram. I. 61. Civitas. ad Aquilonem. ultra deſertum. *Gingiſchanidarum* patria. I. 51.

TARTARORUM. Arma, ex corio bubalorum, &c. ſagittæ frequentiſſimæ, clavæ & gladii minores. I. 56. *Bellicoſitas.* I. 59. non violant, quæ ad defunctos ſpectant, II. 44. *Cibi.* groſſiores, præcipuè *caro, caſeus, lac*. Comedunt etiam *immunda* animalia, *canes, equos*; reptilia, neſcio quæ. Bibunt lac equinum, ſed præparatum, *Chuinis* dictum. I. 57. *Domuncula* portatiles. I. 55. *Exercitus.* I. 43. *Judicia.* I. 60. *Laborioſitas.* I. 59. *Mores.* I. 55. *Mulieres* viris fideliſſimæ. I. 55. NUMEN, Natigai. *v. Index Gloſſar.* Hoc uxorem liberosque habet. Idoli os pranſuri pinguedine carnis coctæ perungunt. Partem etiam cibi publicè exponunt numini ſuo. I. 58. REGES. (1.) *Chinchis.* (2.) *Cui.* (3.) *Barchim.* (4.) *Allau.* (5.) *Mongu.* (6.) *Cublai*, qui auctoris ætate rerum potiebatur. I. 54. VESTITUS. Ditiorum quidem *ſericum* & *aureum*. Pelles *vulpium, Armelinorum, Zebellina*. I. 56. Tartari *Hyperborei*, &c. Idololatræ. Numen, *Natigai*. carent *frumento*. Vivunt *lacte, carnibus*. abundant *equis, camelis, bubus, ovibus, urſis* maximis, *vulpibus* prægrandibus, *onagris, Zebellinis*, (varris. rattis Pharaonis MS.) quomodo regionem tenebrarum diripiant. III. 47. ſeq.

TAURISIUM. Urbs nobiliſſima. Optimi ſitus. Emporium celeberrimum. *Gemmarum* imprimis & *pannorum* ex auro ac ſerico, Cives *Mohamme-*

hamme-

hammedani. Quidam etiam *Jacobitæ* & *Neſtoriani*. *Hortis* circumdata. I. 17. Ibi *mons*, miraculo translatus. I. 18.

TEBETH. Provincia. patet diætis XX. devaſtata à Chano. abundat *arundinibus* admodum ingentibus, *cinnamomo*, *corallio*, *feris*, *muſco* &c. Incolæ *Idololatræ*. Proſtituunt filias peregrinis. *Lingua* & *moneta* peculiaris. regna octo. terra montuoſa. *fluvii* quidam aurum vehunt. II. 36, 37.

TECTUM planè aureum palatii Regis *Zipangri*. III. 2.

TELONIA. *Sindinfuenſe*. II. 35. *Zartenſe*. II. 70.

TEMON pro *clavo*. MS. III. 1.

TEMUR. Nepos Cublæ ex primogenito ejus *Chinchis*. Patre defuncto avo ſucceſſurus erat. II. 8. Seorſim aulam ſuam habebat, ſigillumque imperiale. II. 9. v. *Eſentemur*.

TENDUCH. v. *Teuduch*.

TENEBRARUM regio. in extremo Septentrione, ubi nec nox tenebraſcit, nec dies illuceſcit. Incolæ ſine *Rege*, pulcri, corpulenti, ſed pallidi. Abundat *ermelinis*, *herculinis*, *varris*, *vulpibus*. III. 49.

TEUDUCH. MS. *Tenduch*. ad orientem *Egrigaja*. vicina regionibus *Gog & Magog*. Olim *Presbytero Johanni*; dein *Chano* ſubjecta. ſub quo Rex eſt de progenie *Presbyteri Johannis*. Incolæ *Idololatra*, *Mohammedani*: ſed plerique *Chriſtiani*. Ea maximè gens, quæ *Argon* dicitur. Nobilitata lapide *Lazuli*, pannis *Zambilotis*. Civitas ejus *Sindacui*. I. 64.

TESTES eſſe nequeunt (1.) *vini* potores, & (2.) qui *mari* vehuntur. III. 25.

THEOBALDUS, Comes de Placentiâ. Legatus Pontificius Anconæ. I. 5. Papa defuncto Cublæ per literas reſpondet. I. 6. Papa renunciatur ipſe, & *Gregorii* nomen aſſumit. *ib*.

THERMÆ. *Arzingana*. I. 13. inter *Creman* & *Cormos*. I. 24.

THOLOMAN. Provincia. ad orientem provinciæ *Amu*. Quâ diſtat diætis octo. ſubjecta *Chano*. *Lingua* peculiaris. Incolæ *idololatræ*. *formoſi*, ſed bruni coloris, bellicoſi. defuncti *comburuntur*. abſconditis diligentiſſimè oſſibus. Regio ipſa populoſa, cultiſſima. Abundat auro. *Moneta*, auri glebæ marinæ. II. 48.

THOMAS, Apoſtolus. Docuit in *Adene*, occiſus in *Malabare*. III. 43. & quidem in regno *Var*, ibiq; ſepultus. in civitate quadam parva. Ibi *Chriſtiani* & *Saraceni* multi, qui corpus S. *Thomæ* venerantur. Hunc *Avarijam* vocant, hoc eſt, virum ſanctum. Eò pauci veniunt mercatorum. viſitatur tamen à quibusdam *Chriſtianis*. Hi aliquid terræ reportare ſolent, quæ ſanguinem Apoſtoli biberat, potuque dilutam infirmis propinare. De his & miraculo circa ædem *S. Thomæ* vid. III. 24.

TIGRIS,

TIGRIS, Fluvius. v. *Baldach.*

THURE albo & optimo abundat *Eſcier.* Quomodo ex arbore eliciatur. III. 46.

TIMOCHAIM. regnum Perſiæ. I. 19. vicinum deſerto *Cobinenſi*. ibi Alexander M. Darium viciſſe dicitur. Mulieres pulcherrimæ. Incolæ *Mohammedani*. ibi *arbor ſicca, de quâ ſupra*. I. 27.

TINGUI. Civitas *Mangi*. Diſtat civitate Chain diætâ unâ. haud magna. ſed abundans *victualibus, navibus*. vicina *Oceano*. II. 57.

TOMAMUS. v. *Gloſſar.*

TOPASIIS abundat *Seilam*. III. 22.

*TORQUATUS, rex *Maabar*. III. 23.

TOSCOAR. v. *Gloſſ.*

TRIBUTARII: A. Chani. vid. *Cubla*. B. Tartarorum. *Armenia* major. I. 13. minor. MS. I. 1. *Zorzania*. I. 14. C. Nepotis magni Chani: *Carcham*. I. 40. *Cotam*. I. 48. *Samarcha*. I. 39. D. Unchami, Gingiſchanidæ. Sed olim. I. 51.

TRIBUTUM. A. pendebatur 1. *elephantis* à Rege *Ciamba*. III. 9. 2. *feris* ſylveſtribus à *Baſmanenſibus*. III. 15. 3. *gemmis* Balaſciis à Rege *Balaſciæ*. I. 34. B. remiſſum (1.) curſoribus. II. 23. (2.) qui annonæ caritate premebantur. II. 24.

TRITICO abundat *Achbalechmangi*. II. 34. *Balaſcia*. I. 34. *Camjam*. II. 39 regio, quæ eſt inter *Cormos* & *Crerman*. I. 24. *Perſia*. I. 19. caret *Fanſur*. III. 19. *Samara*, III. 16.

TUCIA paratur *Cobinæ*. Quomodo, v. I. 26.

TURCHIA regi cuidam Tartarico parebat. Incolæ *Mohammedani*. *pecoribus* operam dant. *Græci* verò & *Armeni* (qui terram illam inhabitant) *ſerico*. *Lingua* peculiaris. I. 12. Magna Turchia complectitur *Caſcar*, *Carcham*, *Cotam*, *Peim* & *Ciartiam*, usque ad civitatem *Lop*. I. 43.

TURCHICI *Lapides*. *Turchiſi*. Inveniuntur ad civitatem *Crerman*. I. 21. & in provincia *Caniclu*. II. 38.

TURONENSIS libra. I. 19. II. 21.

TUNNI, III. 46.

V.

VAR. MS. *Vaar*. Regnum *Maabaricum*. abundat margaritis & margaritarum piſcatoribus. Incolæ *Idololatræ*. quidam & *bovem* adorant. III. 24, 28. virgines conſecrant, ſed ſine voto. III. 24. Nigri. Nigredine valdè delectantur. III. 28. Ibi *Thomas* Apoſtolus occiſus & ſepultus. III. 24, 26. Defunctis regibus, maritis, ſeipſos comburunt milites & uxores. Condemnatorum ſumma gratia, ſi liceat ſeipſum in honorem idoli interficere. III. 24. non niſi in terrâ *ſedent*, & quare. III. 24. bruta, non ipſi, ſed per alios *mactant*. Bis de die *mulieres* ſe *lavant*. *Homicidia* & *furta* ſtrictè puniuntur. *Vinum* bibens infamis

ſamis eſt, & à *teſtimonio* dicendo rejicitur. Sed & qui *mari* vehitur, quare? III. 25. carent equis indigenis. Exoticis aër infeſtus. carent & *blado.* abundant *riſo. pluvia* rara. III. 26.

VARRI. III. 47,48,49,50.

VATES, Cublæ. II. 20.

VECTIGALIA ad urbem *Sindinfu.* II. 35. propè iniqua, ad *Zarten.* II. 70.

VENATIONES, in terris *Achalechmangi. II.* 34. *Arcladam. II.* 41. *Armenia* min. *I.* 11. *Balach. I.* 31. *Balaſcia. I.* 34. *Belor. I.* 37. *Bargu. I.* 61. circa *Cambalu* & in ditione Cublæ. *II.* 16, 17, 18, 19. *v. II.* 32. *Cangigu. II.* 46. *Chain. II.* 56. *Chunchi. II.* 33. ad *Cianiganorum. I.* 64. inter *Crerman* & *Jasdi. I.* 20. *Fugui. II.* 67. *Quinquinafu. II.* 32. propè *Sopurgam. I.* 30. in *Tartaria. I.* 55, 59. *Tebeth. II.* 36. *Tenduch. I.* 64. *Vocam. I.* 37.

VENATICOS canes aut aves nemini licet alere. Unde ferarum multitudo & parvus ab hominibus metus. II. 20. Venatici: *accipitres. falcones. leones. canes*, vid. ſuis locis.

VENETIÆ. I. 1. II. 64.

VENETUS groſſus. v. *großus.*

VENTUS urens. & quomodo *Cormoſeni* vim ejus effugiant. I. 23. Venti *oppoſiti*, quorum alter totum æſtatem, alter totam hyemem ſpirat. III. 8.

VERVECES nulli circa *Gengui.* II. 66. ſine *auribus.* III. 46.

VESCUNTUR carne *crudâ*, ſed præparatâ, *Carajamenſes.* II. 39. carnibus *ſerpentum.* II. 40. carnibus hominum. I. 65. III. 14, 16, 21. ſed non ægrotorum. II. 67. extraneorum. III. 7. carne, lacte, *Tartari Hyperborei.* III. 47. prætereaque riſo, *Abaſciani.* III. 45. *Anganiani.* III. 21. *Bangalenſes.* II. 45. *Cangigu.* II. 46. *Murfuli.* III. 29. prætereaque *piſcibus.* III. 37. aut *dactylis*, *Zanzibar.* III. 41. immundis, Tartari. I. 57. III. 14. lacte ſiccato, iidem. I. 59. veſcuntur & equi, boves, oves, cameli *piſcibus.* III. 46. Bibunt autem *ſanguinem equorum.* MS. I. 59. lac equarum albarum. I. 65.

VESPERTILIONES, grandes ut auſteres, in regno *Var.* III. 26.

VESTIUNTUR bucummo, vel cannabeo rudi, *Tebetenſes. MS. II.* 37. *corio, Balaſciani. I.* 34. *pannis* ex corticibus arborum. *II.* 49. *pellibus*, vid. PELLIBUS. *Serico* & auro Tartari ditiores. I. 56. cives *Singui.* II. 63.

VEXILLUM Najami cruce Chriſti inſignitum. II. 4. *Zipangriorum.* III. 5.

UGUI. Civitas. II. 66.

VIA publica lapidibus ſtrata. inter *Conigangui* & *Panchi*, ſpatio diætæ. II. 56.

VICTUALIUM copia in terris: *Cingingui. II.* 62. *Fugui. II.* 67. 69. *Murfuli. III.* 29. *Panchi. II.* 56. *Tampingui. II.* 66. *Tingui II.* 57.

VINEÆ inter fluvium *Puliſachniz* & urbem *Geogui, II.* 28. in regno *Taniſu. II.* 29.

VINUM.

VINUM. vino abundant regna *Caſſar.* I. 38. *Cotam.* I. 41. *Perſia.* I. 19. *Taicam.* I. 32. Vino carent terræ *Bargu.* I. 61. *Cangigu.* II. 46. *Caniclu.* II. 38. *Cathay.* II. 29. *Eſcier.* III. 46. *Samara.* III. 16. *Zanzibar.* III. 41. Vinum coctum, *Taicam.* I. 32. Vinum ex *riſo* ac aromatibus confectum. v. *Potus.* Vino ſomnoque ſepulti *Alani* cæduntur. II. 62. Vini Fontes Cublâ convivante. II. 13. Vini uſus interdictus in regno *Var.* III. 25.

VIRGINES. conſecratæ idolis. III. 24. proſtitutæ, antequam nubant. II. 36. 38.

VITÆ futuræ ſpem habent etiam *Mangini.* II. 64. *Sachionci.* I. 45. *Gingiſchanidæ.* I. 54, 58. incolæ *Var.* III. 24.

UNCHAM. Rex quidam magnus. I. 51. vulgò *Presbyter Johanes, Gingiſchani* Dominus. Hic ejus filiam ambiens, repulſam fert. Ita Unchamum bello vexat, ſuperatque. I. 52, 53. Ejus poſteri abinde filias ſuas Gingiſchanidis facilè elocant. I. 64.

UNCHIAM. Metropolis provinciæ *Arcladam.* II. 41.

UNGRAC. natio quædam Tartarica. cujus fœminæ formoſiſſimæ. Quare ex iis Cubla concubinas legerat. II. 8.

UNICORNES reperti in *Baſman.* III. 15. ubi planè deſcribitur. *Lambri.* III. 18. *Mien.* II. 43.

UNIONES. v. *Margarita.* rubicundi & grandes, in *Zipangri.* III. 1.

UNQUEN. Civitas *Mangi.* Diſtat urbe *Quelinfu* mill. XV. abundat *ſaccharo.* II. 68.

VOCAM. regio. diſtans *Balaſciâ* diætis quatuor. ad Barrapeliotem, ſubjecta regi *Balaſciæ.* longa lataque diætis tribus. Incolæ bellatores, *Mohammedani,* venatores. Lingua peculiaris. I. 37.

VOCIAM. A. Civitas Tartarica. II. 41, 42. B. Regnum dicitur & BOTIAM. II. 42.

URINATORES, in *Var,* regni *Maabar,* III. 23.

URSA major & minor, aliàs *currus magnus.* III. 16.

URSIS abundat *Boeacb.* III. 11. vicinia *Cambalu.* II. 16, 17. *Caniclu.* II. 38. *Chunchi.* II. 33. maximis *Tartaria* Hyperborea. III. 47.

VULPES. circa *Cambalu.* II. 17. nigræ & magnæ in *Tartaria* Hyperborea. III. 47. *Glaciali* 48. v. & 49.

UXORES. proſtitutæ hoſpitibus. I. 46. II. 38. plures Tartarorum. Quot ſcil. quiſque alere poteſt. Sed una eſt primaria. I. 55. triginta unius viri. I. 49. circiter trecentæ regis *Cangigu.* II. 46. quingentæ regis *Maabarici.* III. 23. quamplurimæ aliàs, regis *Ciamba.* III. 9. *Cublæ* quatuor. II. 8. Primaria, REGINA MAJOR dicta. II. 13. Ejus filius primogenitus, ſucceſſor. II. 8. Convivante Imperatore uxores ducum ad hilaria introductæ. II. 13. liberè repudiatæ. I. 49. *Tartarorum*

fidiſſimæ. I. 49. ut & *Tebethenſium.* II. 37. adulteria impune admiſſa. II. 39. Monachi Tartarici polygami. I. 66. Conſanguineæ nuptæ, etiam in tertio gradu. Novercæ. fratriæ. In *Coilum* & per totam Indiam. III. 31. v. *Conſuetudines.* I. 6.

W.

WILHELMUS, Tripolitanus, comes Paulinorum. I. 6.

Y.

YANGNI. Civitas *Mangi.* Diſtat urbe *Tingui* diætâ unâ. Jus dicit civitatibus XXVII. ibi aliquandiu præfectum egit autor. II. 57.

YDIFA. mons *Tenducha.* I. 64.

Z.

ZANZIBAR. Inſula. ambitus II cIↄ. mill. *Lingua* peculiaris. *Rex* proprius. Incolæ idololatræ. deformis ſtaturæ. nigri. nudi. vivunt lacte, carne, riſo, dactylis. bellicoſi. carent *vino, equis. Potus* ex riſo, ſaccharo, &c. abundat *ambro, ebore, graffis, leonibus, (leontiis MS.) leopardis.* III. 41.

ZARTEN. MS. *Zeyten.* III. 8. Emporium orbis celeberrimum. Diſtat urbe Fucui diætis quinque. Frequentatur navibus Indicis. portus optimus. III. 3. Eò *piper*, aliaque ex Indiâ deferuntur. indeque *Alexandriam*, inde porrò. *Vectigal* immenſum eſt. III. 70.

ZEBELLINIS veſtiuntur Tartari ditiores. I. 56. iis tentoria Chanica obducta. II. 20. Dicuntur & *Gebellina* in MS. *Zobelina.* III. 47. *Zambellina.* III. 50.

ZERAZI. regnum Perſiæ. I. 19.

ZINGIBERE abundat *Achalechmangi.* II. 34. *Bangala.* II. 45. ad *Caromorum* fluvium. II. 31. *Caniclu.* II. 38. *Eli.* III. 33. *Fugui.* II. 67. *Gozurath.* III. 35. *Melibar.* III. 34. *Quelinfu.* II. 68. *Singui.* II. 63. Zingiberis libræ LXXX. pro nummo Veneto. II. 63, 67.

ZIPANGRI. MS. *Zipangu.* Inſula. Quare à paucis adeatur. ampliſſima. Diſtat littoribus *Mangi* XVM. abundat *auro, gemmis, unionibus* rubentibus. Incolæ ſub uno *Rege.* albi. III. 2. *idololatræ.* crudeliſſimi. III. 7. *Rex* abſolutus. non facilè permittit, ut aurum regione efferatur. III. 2. ejus *palatium* laminis aureis tectum. Sic & conclavium parietes. III. 2. Bello petitur à *Cubla* gemino exercitu. III. 3. *Tartaros* inſulâ exigit. III. 6.

ZORZANIA. Provincia. aditu difficilis. ad orientem maximè. Sita inter *mare monteſq;.* I. 4. ad occidentem Armeniæ majoris. I. 13. vel ad *Aquilonem* MS. fertilis. abundat *ſerico.* Incolæ Chano *tributarii.* Sagittarii. *Græcæ* religionis. bellicoſi. pulcræ formæ. I. 14. de *lacu Chelucelan*, vid. ſupra.

INDEX

INDEX SECUNDUS CHRONOGRAPHICUS,

Qui ANNOS & cujuslibet anni NOTABILIA (quæ quidem Autor deſignavit) continet.

ANNO ergò CHRISTI:

1187. *Gingiſchan* Rex electus eſt. I. 52.

1200. Capta eſt *Acon* à Sultano Babylonico. III. 46.

1250. *Baldachum* capitur ab *Allauo*. I. 16.

1252. *Paulini* fratres primùm *Conſtantinopolim* tendunt, MS. I. 1. *Editio Baſileenſis ponit annum 1269.*

1256. *Cubla* incipit regnare. II. 1.

1262. *Allau Alaodinum* exſcindit. I. 29.

codē. Allau legatum mittit ad Cublam, I. 2.

1268. Cubla *Mangiū* occupat. II. 54.

codē. Cubla regem *Ciāmba* bello vexat. III. 9.

1272. Veneti fratres *Galzam* & *Anconam* redeunt menſe Aprili. I. 4.

codē. *Marcus* ſeptendecim annorū erat. I. 6.

1277. Miraculum circa templum D. *Thomæ* Maabaricū. III. 27.

1278. Epiſcopus *Abaſcianus* violenter circumciſus. III. 44. *MS. ponit annum 1288.*

1282. Bellum *Mienicum*. II. 42.

1286. *Najam* Cublam bello laceſſit. II. 2.

1288. *Marſarcis*, Neſtorianus præſulatum à Chano obtinet. II. 61.

1289. Cubla inſulam *Zipangri* occupare tentat. III. 6. *MS. ponit annum 1269.*

1295. Veneti in patriā redeunt. I. 10.

INDEX TERTIUS ITINERARIUS,

Ubi *LOCA* recenſentur, quæ auctor pertranſiit, & Diſtanſtantiæ Locorum, quas ipſe annotavit.

Diætæ.	Mill.	LIBER PRIMUS.	Caput.
		Iter primum.	
		Venetiæ.	
		Mare Mediterraneum.	
		Boſphorus.	
		Conſtantinopolis.	

 Pon-

Diætæ.	Mill.	LIBER PRIMUS.	Caput.
		Pontus Euxinus.	
		Soldadio, *Urbs Armen.*	
		Barka, *regnum.*	
		Guthaca, *Urbs.*	
		Trans Tigridem.	
		per deſertum.	
17.		Bochara, Urbs.	1.
		ad Cublam Regem.	2.
		Reditus.	
		Galza, *Urbs Armen.*	4.
		Ancona	5.
		Venetiæ	
		Ancona	6.
		Iter ſecundum.	
		Venetiæ	6.
		Galcia *Armen.*	6.
		Clemeniſu *Tartar.*	6.
		Reditus.	
		Jana Inſula.	
		Mare Indicum.	
		Argonis *aula.*	
		Conſtantinopolis.	
		Venetiæ	6.
		Diſtantia locorum.	
		*Jasdi.	
7.		Crerman.	20.
7.2.		Camandu	21.
5.	20.	*iterumq́;*	
2.		Formoſa	23.
		*Crerman.	
7.		Cobina	25.
8.		*Per deſertum* Timochaim	27.
		Deſertum 50. vel 60. milliarium	30.

Diætæ.	Mill.	LIBER PRIMUS.	Caput.
		Sopurgam	
		Balac.	
		Taicam	32.
		Scaſſem	ib.
3.		Balaſcia	33.
10.		Baſcia	35.
7.		Cheſimur	36.
		India	37.
		*Balaſcia:	
2.		flumen quoddam	37.
2.		Vocam	ib.
3.		Mons quidam altiſſimus	ib.
12.		Lonigitudo planitiei *Pamer* dictæ	ib.
		Belor	ib.
		*Samarcha.	
5.		Carcham	40.
		Peim	42.
		Lop	44.
		Deſertum	ib.
		Sachion	45.
		Camul	46.
		Chinchintalas	47.
10.		Suchur	48.
		Campition.	
12.		Ezina	50.
		Deſertum	51.
		Tarocoram.	ib.
		*Carocorum	61.
		Bargu.	
		Oceanus.	
		*Campition	62.
5.		Cerguth.	

Diætæ	Mill.	LIB. SECUNDUS.	Caput.
		Singui.	
		Cathay.	
5.		Egrigaja	63.
		Teuduch	64.
		Gog & Magog	ib.
		Sindacui	ib.
		Cianiganiorum.	ib.
3.		Cian[illegible]u	65.
		LIBER SECUNDUS.	
		Cambalu.	
	10.	Puliſachniz	27.
	30.	Geogui	28.
10.		Tainfu	ib.
7.		Pianfu	29.
2.		Chincui	30.
	20.	Caromoram	31.
8.		Quenquinafu	32.
3.		Chunchi	33.
		Achalechmangi	34.
		Sindinfu	35.
5.		Tebeth	36.
20.		alia pars Tebethæ	37.
		Caniclu	38.
		Brius	39.
10.		Carajam	40.
5.		Arcladam	41.
15.		Mien	44.
		Bangala	45.
		Cangigu	46.
		Amu	47.
8.		Tholoman	48.
12.		Sinuglu	49.
4.		Cacauſu	50.
3.		Canglu	ib.

Diætæ.	Mill.	LIB. SECUNDUS.	Caput.
5.		Ciangli	ib.
6.		Tadinfu	51.
3.		Singuimatu	ib.
12.		Caromoram	52.
		Mangi	ib.
		Conigangui	55.
1.		Panchi	56.
1.		Chain	ib.
1.		Tingui	ib.
1.		*Yangui	57.
		Sianfu	59.
	15.	Singui	58.
		Caigui	60.
		Cingianfu	61.
3.		Cingingui	62.
		*SINGUI.	
5.		Quinſai	64.
1.		Tampingui	66.
		Vulturnū verſus.	
3.		Gengui. eodem.	ib.
4.		Ciangia	67.
3.		Cugui	ib.
6.		Quelinfu	68.
	15.	Unquem	ib.
	15.	Fugui	69.
5.		Zarten	70.
		Littus maris.	
		LIBER TERTIUS.	
	1500.	Zipangri	III. 1.
		* ZARTEN.	
	150.	Ciamba. *Africum verſus.*	9.
	1500.	Java major. *Meridiem verſus.*	10.

Son-

Diætæ.	Mill.		Caput.	Diætæ.	Mill.	LIB. TERTIUS.	Caput.
	700.	Sondur & Condur, *Inſula.*	11.		500.	Inſulæ MASC: & FEMININA.	37.
	500.	Boeach.	11.		500.	Scoyra, *Inſ. verſus meridiem.*	38.
	500.	Petan			1000.	Madaigaſcar *verſus meridiem.*	
	100.	Java minor	13.			* Maabar.	
	150.	Necuram & Anganiam, Inſulæ.	20.	30.		Madaigaſcar	III. 39.
	1000.	Seilam	22.			Zanzibar	41.
	60.	Maabar	23.			Abaſcia	43.
	1000.	Murſuli	29.			Aden	46.
		Laë, *verſus occaſum.*	30			Tartaria Hyperb.	47.
	1500.	Coilum	31.			Glacialis terra	48.
		* Comari *India.*				Tenebrarũ regio	49.
	300.	Eli, *verſus occaſum.*	33.			Rutheni.	50.
		Melibar, *verſus occaſum.*	34.			Hic add. *Longitudines* provinciarum, quas Autor paſſim meminit.	
		* Reſmacoram.					

INDEX QUARTUS GLOSSARIUS,

Eſtque VOCUM EXOTICARUM, quas Autor ipſe interpretatus eſt.

AVARIJAM. ſanctum virum. III. 27. (II. 54.
BAIANCHINSAN. Lumina centũ oculorum.
BARGELACH. *Herodiorum ſpecies.* MS. I. 61.
BULARGUCI. Cuſtos avium. II. 19.
CALIPHUS. *Prælatus magnus Saracenorũ.* I. 16.
CAMBALU. Civitas Domini. II. 10.
CANICI. canum magnorũ præfecti. MS. II. 18.
CARAONES. *pradones* quidam. I. 22.
CHAM. Magnus Rex Regum. I. 2. & Dominus Dominantium. MS. II. 1.
CHELLA. *Serici* ſpecies. MS. I. 14.
CHUINIS. Lac equinum præparatum. I. 57.
FIENG. Officiales majoris curiæ Kaam. MS. II. 22.
FU. II. *Terminatio plurib. locorum, ut* Canfu, Cianfu, Cingianfu, Pianfu, Quelinfu, Quianfu, Quenquinafu, Sanifu, Sianfu, Sindinfu, Tainfu, Tandinfu.
GADDERI. Animal muſchi. II. 37, 38.
GUI. *Terminatio plurium locorũ, ut:* Caigui, Cingingui, Conigangui, Corgangui, Cugui, Figui, Fugui, Gengui, Geogui, Gingui, Navigui, Sinchintingui, Singui, Tampingui.
JANLI. Manſiones equorum.
LUG & MUNGUG. Gog & Magog.
NATIGAI. Deus terræ. I. 53. III. 47. v. *Tartari.*
PAGLOLA. *auri ſpecies.* II. 38, 40.
QUÆSITAM. Fideles Domini milites. II. 12.
QUINSAI. Civitas cœli. II. 63.
RONDES. *Animantis ſpecies.* MS II. 20.
SINCELINÆ. *Avium ſpecies.* I. 32.
SINGUI. Civitas terræ. II. 63.
TOMAMUS. decies mille. MS. II. 64.
TOSCOAR. Cuſtodes. II. 19.

Reliquarum Barbaricarum vocum, quas interpretes adhibuerunt, Elenchum ſubnectere ac examinare operæ non viſum eſt pretium. Tales verò ſunt: *Avd tecum, Aſſaſini, Auſteres, Barche, Coopurta.* MS. III. 1. *localia*, &c.

S. D. G.

EMENDANDA in MARCO PAULO VENETO, quæq; ad hunc pertinent: aut ad eadem ADDENDA.

PRæfationis pagina 9, linea 1, lege *de i* pro *del*. P. 9. l. 3. *delle*: ibidemque dele *da eſſo raccolti*. P. 10. l. antep. *Poggius*. P. 12. l. 14. *& ſavi* pro *chevi*. l. 22. *potevano*. P. 13. l. 2. *D' intorno di queſto*. l. 5. *& di fuori mirabilmente*. l. 14. *anchora*. P. 1. l. 3. *In queſta iſola di Zipangu*. l. 13. *nel* pro *vel*. l. 14. *gli altri*. l. 19. *habbiano*. l. 25 *riſpondono*. Deinde in Judiciis de M. P. V. & quidem Munſteri, *Melinda* lege pro *Acelinta*. Et Autoris Relationum, *de divers*.

In ipſo MARCO PAULO VENETO, & Notis. Pag. 2. l. 19. *Chronologic.* lege pro *Hiſtoric*. P. 5. l. 26. *Thebaldus*. P. 7. l. 21. dele *Glaciam*. l. 22. *f. Clemeinfu*. P. 15. l. 14. dele *vocant*, & lege *manerierum*. P. 22. l. 14. *falſas*. P. 53. l. 8. *dæmonum*. P. 62. l. 13. *Chriſtianus*. P. 69. l. 23. de *Iuday*. P. 100. l. 18. *Caniclu*. P. 104. l. 13. *civitate*. P. 109. l. 18. *quarum*. l. 22. *Caromoram*. P. 150. l. 23. *Endici*.

Indici Hiſtorico, & quidem voci *ANTHROPOPHAGI*, adde in f. *Extranei*, *Ferlech. v. III, 7, 17.* Ad v. *ARMENIA* adde in f. *61.* Ad v. *BOEACH* add. in f. *III. 11.* Indici ſuo loco adde *CHAM pro Catham vel Cathay, II, 11.* Ad v. *COLOR* pro *III. 21.* lege *III. 28.* Ad v. *CUBLA* lege *convivandi* pro *convivendi*. Poſt *CUI* adde *CUMANI I. 61.* Ad v. *CYN* pro *I. 64.* lege *III. 8.* Ad v. *EQUÆ ALBÆ* pro *I. 64.* lege *I. 65.* Ad v. *INDIA* pro *Abaſcia* lege *Abaſia*. Ad v. *INSULÆ* pro *Keſmocoram* lege *Reſmocoram*. Ad v. *LITERÆ* pro *Ardadam* lege *Arcladam*. Pro *MASARCIS* lege *MARSARCIS*. Ad v. *NAVIUM* pro *Sirigui* lege *Singui*: & pro *trita* lege *tuta*. Indici ſuo loco adde, *NIGER color, Dei & Sanctorum* III. 28. *Nigri ab ardore Solis incolæ Coilam III. 31. Scoira III. 38. Zanzi-*

bar III. 41. ab arte, Maabares III. 28. Magni habitus ll. cc. Rurſus Indici ſ. l. adde *OCCIDENTALES I. 8.* Ad v. *PANNIFIC.* poſt *II. 49.* adde *è Salamandra I. 47.* Ad v. *PAULLI* poſt *Autor eſt, &c.* adde *22. II. 27. 64. III. 40.* Ad v. *PERSIA* pro *de quibus* lege *Ea ſunt Chaſum, Churdiſtam, Lor, Cielſtam, Inſtanich, Zerazi, Sochame, Timochaim.* Ad v. *PORTUS* adde *Canſu II. 64.* Ad v. *QUIANFU* lege *MS. Quiansu.* Indici ſuo loco adde *SANCTIS gratiæ acta. Johanni Baptiſtæ I. 39. Thomæ III. 27.* Ad v. *SINGUI* poſt *Quiam* adde *II. 59.* Et in fine *II. 63.* Pro *SOLDADIO* lege *SOLDADIA.* Ad v. *TABULÆ* adde *ligneæ II. 64.* Ad v. *TEBETH* adde *canibusque maximis, falconibus.* Ad v. *TURCHIA* poſt *parebat* adde *civitates præcipuæ, Cæſarea, Gomo, Sebaſte:* & poſt *peculiares* adde *Muli Turchici cariſſimi.* Ad v. *VENATIONES* lege *Quenquinaſu.* Ad v. *WILHELM* adde *I. 6.* Indici adde ſuo loco *ZAMBILOTI I. 63. 64: Conf. MS. II. 37.* In Indice Chronographico lege *1268 Cubla Mangium oppugnare incipit II. 54.* Item, *1282 Bellum Mienium II. 42.* & adde, *MS. ponit annum 1272 Sic & Ramuſii editio Italica.* Sphalmata ſiqua ſunt alia, ea benevolus Lector per ſe animadvertet & emendabit.

4 K

Digitized by Google

Digitized by Google

1047

Digitized by Google

Digitized by Google